In operc. sup. intrinsecus: „In nomine Dni Amen. Anno Dni etc. XXXVII. [1437] feria quinta post Galli ... incepi legere hoc opus...“

Joannes de Balbis [Januensis]: Catholicon pars I. A—E. „Incipit summa que vocatur Catholicon edita per Joannem de Janua de ordine fratrum predicatorum. Prosodia quedam pars grammaticae...“ × „in capitulo de methaphrasmo.“

1331*L. LXXXII/2.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 479, 31 × 21·4 cm, invol. antiquum simplex.

I^a in marg. sup.: „Katholicon ecclesie s. Pragen.“ — „H 46“.

Joannes de Balbis [Januensis]: Catholicon integrum. „Incipit summa que vocatur Katholicon edita per Johannem de Janua de ordine fratrum bonorum predicatorum. Prosodia quedam pars grammaticae...“ × „magnificencia, virtus et potestas, regnum et imperium in secula seculorum Amen.“

1332*L. LXXXIV.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 178, 30 × 21·5 cm, invol. antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber domini Frane vicarii eccl. pragen.“ — „H 52“. — Contenta libri.

1^a—60^b **Alani de Insulis Liber de planetu naturae cum commentario.** „Sic igitur ipsam abientes minus peccabimus...“ × „mistice apparicionis dereliquit aspectus. Explicit.“

61^a—86^a **A. Persii Flacci Satirae cum commentario.** „Priesquam litera huius libri dicatur...“ × „Persius increpat avaros.“

86^b—117^b **Vergilii Maronis Bucolica cum commentario.** „Nota. In libris reperitur vetustis...“ × „Explicit liber Virgilii bucolicorum.“

118^a—159^a **Q. Horatii Flacci Epistolae cum commentario.** „Pro introducione huius libelli Oracius...“ × „Oracii Flaccii liber epistolarum explicit.“

159^b—176^a **Q. Horatii Flacci Ars poëtica cum commentario.** „Iste liber nuncupatur poëtria...“ × „Quincii Oracii Flaccii poetria explicit.“

176^b, 177^b—178^b Recepta medica. („Contra calculum . . .“ — „Recepta mgri Sulconis . . .“ — Excerpta de scriptis Theophili, Architae, Philareti, Johannicii, Mesue e. a.)

1333

L. LXXXV.

chart., 1402, ff. 180, 29·6 × 21·4 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Commentum Boecii de consolacione circa textum bonum et correctum pro X gr. vel modico remissius . . .“

In operculo praeligato receptum medicum („Aqua de oleribus sublimata, que wlgariter dicitur kapusta . . .“).

Boethii de consolatione philosophiae libri cum commentario. „Philosophie servias oportet. Accessus Boecii de consolacione philosophie . . .“ × „Explicit Boecius de consolacione philosophie una cum opere et textu valde correcto sub anno Dni quadringentesimo secundo finitus sabbato sicientes. Regnat adulator in mundo et falsus amator. Hiis sedibus est mundus populus plebs et nobile pectus. Presul preclarus rex princeps et papa beatus.“

1334

L. LXXXVI.

membr., saec. XII., ff. 198, 29 × 17·7 cm, invol. antiquum (saec. XIV.) cum impressis ornamentis.

In operc. sup. intrinsecus: „Isti Virgiliani sunt Mauricii de Kunicz, nunc vero Mathie de Gehniedna“. — „H 48“. — „Iste liber fuit Mauricii de Kunicz, in quo continentur Virgiliani. Nunc vero est Mathie de Gehnyedna cognominato Skornie, quem de libraria domus nationis Bohemorum excedit pro aliis duobus voluminibus eandem materiam continentibus, et hoc ad tempora vite sue tantum. A. Chr. 1449.“

In f. praeligato: „Versus super epitafium Virgilii. Mantua me genuit . . .“

Vergilii Bucolica, Georgica et Aeneis. „Publili Virgilii Maronis Bucolicorum carmen incipit . . .“ × „Publili Virgilii Maronis Eneydorum liber explicit. Deo semper grates Amen.“

Initiales litterae pictae.

198^a „Iste fuit liber Mauricii de Kunicz et bene correctus nunc vero est Mathie de Gehniedno.“

Cfr. Kelle, „Die klassischen Handschriften bis herauf zum vierzehnten Jahrhundert in Prager Bibliotheken“ in „Abhandlungen der königl. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften vom Jahre 1871—1872, VI. Folge, V. B.“, pag. 7.—15. — Kvíčala, „Rukopis básní Virgilových“ in „Listy filologické“ I. (1874), 41; II (1875), 83; IV (1877), 73.

1335

L. LXXXVII.

chart., saec. XIV., ff. 289, 30 × 21 cm, invol. ant. simplex cariosum.

In operc. sup. extrinsecus vetus sign. „E 3“.

In f. praeligato: „Civitas Romana in XII regiones est divisa . . .“ — „Hunc ubrum dedit mihi dominus Albertus quondam plebanus in Planycz . . .“ — „H

39". — „Anno Dni MCCCCXXXII^o fuit magna inundacio aquarum, ita ut pre magnitudine inundacionis pons pragensis fortissimus fere totus ruit . . .“

Huguicius Pisanus: Lexicon.

1^a—16^b Registrum. „In Christi nomine incipit tabula vocabulorum, que in Hugone habentur . . .“

17^a—17^b vacant.

18^a—289^b „Cum nostri prothoplasti . . .“ × „Expliciunt magne dirivaciones secundum Hugutionem Pisanum Deo gratias.“

[Alia posteriori manu adscriptum:] „Mgri Petri de Hradecz; hunc librum sibi dominus Albertus plebanus de Hossticz pro II sex gr.“

Initiales litterae pictae.

1336

L. LXXXVIII.

chart., alt. dim. saec. XV., ff. 147, 30·5 × 10 cm, invol. antiq. simpl. membr.

In folio praeligato in marg. sup.: „Alexii baccalarii“. — Vocabula graeca et latina.

Dictionarium latinum ordine alphabeticō.

„De ab. Abdomen est caro pingwis . . .“

1337

L. LXXXIX./I.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 282, 30·7 × 21·5, involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Hic continetur liber Hugwici Johannis de Horz. comparatus per eum. Sub anno Domini M^oCCCC^oXVIII^o et cetera.“

1^a—242^b **Huguicius Pisanus: Lexicon.** „Cum nostri prothoplasti . . .“ × „sicut predixerat Helias.“

243^a—282^b Registrum operis alphabeticum.

Operculo inf. adlig. fragm. membr. breviarii saec. XIII. cum neumis.

1338

L. LXXXIX./2.

chart., 1430, ff. 246, 30·2 × 22·2 cm, involucrum antiq. simplex.

In operc. sup. extrinsecus: „Huguicius“. — „Bochow“.

Operculo sup. adligatum est fragm. historiae biblicae (Judith et Esther) saec. XIV. — In spatio vacuo sign.: „H 40“.

Huguicius Pisanus: Lexicon.

1^a—55^b Registrum. In fine: „Explicit registrum Hugwicii satis diligenter per me Joannem Bochow exaratum sub anno Domini M^oCCCC^oXXX^o.“

56^a—246^a „Prologus. Cum nostri prothoplasti . . .“ × „Explicit opus Hugwicii non unius manu sed diversarum exaratum; actu maior pars ipsius per me Johannem de Bochow diligenter est conclusa sub anno Domini Mille-simo CCCC^oXXX^o quinta feria post Longini etc.“

Initiales litterae pictae.

1339*L. XC./1.*

chart., 1412, ff. 153, 30·4 × 21 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentis.

In operc. sup. intrinsecus recepta medica lat. („Oculorum morbi . . .“; „Ad purgandum caput . . .“; „Ad optalmiam“; „Ad clarificandum visum“ e. a.)

In f. praeligato: „Mgr. Johannes Papusko dat ad librariam nationis bohemorum pro collegio in Praga.“

Isidori Hispalensis Libri etymologiarum. „Epistola Isidori episcopi ad Braulionem episcopum . . .“ × „Expliciunt viginti octo libri Isidori ethymologiarum anno Dni millesimo quadringentesimo duodecimo Sabbato post Assumptionem gloriose virginis Marie . . .“

In operculo inf. intrinsecus: „Iste liber datur ad librariam nationis Boemorum in civitate Pragen. Hec Mgr. Johannes Papusko scripsit manu propria.“

1340*L. XC./2.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 163, 29·7 × 22 cm, invol. antiquum simplex.

In operc. sup. extrinsecus: „Liber ethimologiarum Ysid. domini Johannis de Opoczno.“ — Intrinsecus: „Ysyodorus Ethymoloyerum pro tribus flor. ungar.“

ra in marg. inf.: „E bibl. Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg prae-positi Prag.“

Isidori Hispalensis Libri etymologiarum. „Epistola Isidori episcopi ad Braulionem episcopum . . .“ × „ut vis morbi ignis ardore siccetur.“

1341*L. XC./3.*

chart., 1448, ff. 138, 31·5 × 21·2 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculis adligata sunt fragmenta grammaticae lat. saec. XIV.

ra in marg. sup.: „Ex Bibl. s. Metrop. Ecclesiae Prag. 1713.“

Isidori Hispalensis Libri etymologiarum. „Epistola Isidori episcopi ad Braulionem episcopum . . .“ × „Expliciunt viginti libri Isidori minoris ethimologiarum anno Domini M^oCCCC^oXLVIII^o.“

In folio ultimo verso: „Anno incarnationis Dominice M^oCCCC^oLII. dominico die in festo Abdonis mutuavi Mathie de Chrudim hec volumina: partem secundam Alexandri, Grecismum in papiro; duplex volumen Prisciani [?] secundum Petrum Helic. [?], librum in foliis cum auctoribus, primam partem cum commento, hec duo Wenceslao de Glathevia.“

In f. operculo inf. adligato in marg. inf.: „Item ego Vitus teneor Benedicto XXVII. gr. It. Mathias de Chrudim eidem Benedicto LII gr. tenetur.“

1342*L. XC./4.*

chart., saec. XV., ff. 177, 31·5 × 22·2 cm, invol. antiquum simplex.

Operculo sup. adligatum est fragm. membr. bibliae hebraicae saec. XIV. (finis Genesis et initium Exodi).

In folio praeligato: Series Romanorum Pontificum usque ad Clementem IV. 1262.

1^a—173^b Isidori Hispalensis Libri etymologiarum. „Epistola Isidori episcopi ad Braulionem episcopum . . .“ × „Expliciunt viginti libri Isidori Ethimologiarum. Et sic est finis huius operis.“

173^b—177^b Vocabularius latinus. „Aenum vas sive olla . . .“ × „que ad instar grandinis magna est.“

1343

L. XC./5.

chart., primum dim. saec. XV. (1419), ff. 243, 31 × 21·5 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

Operculo sup. adligata sunt duo fragmenta membr. grammaticae lat. versificatae saec. XIV.

1^a—179^a Isidori Hispalensis Libri etymologiarum. „Epistola Isidori episcopi ad Braulionem . . .“ × „Explicit liber ethimologiarum Isidori episcopi Spalensis ad Braulionem . . . Is autem finitus est feria quarta ante festum Nativitatis Christi sub anno Dni M^oCCCXIX^o.“

180^a—225^b Vocabularius. „Abba pater, syrum nomen . . .“ × „Zingiber genus tritici.“

226^a—227^b vacant.228^a—243^a Registrum ad Libros etymologiarum.

Operculo inf. adligatum est fragm. membr. breviarii lat. cum neumis saec. XIII.

1344

L. XCI./1.

chart., 1460, ff. 185, 31 × 21·5, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

In f. praeligato: „M. T. C. epistolarum“. — „H 51“.

M. T. Ciceronis Epistolae. „Marci Tulii Ciceronis Ad Publum, Lentulum et ad alios Epistolarum liber primus incipit. Cicero Publio Lentulo salutem dicit. Ego omni officio . . .“ × „et si te veniens in medio foro videro: dissuaviabo. Me ama. Vale. Τελος. Contigimus portum, quo mihi cursus erat. Explicit anno Dni M^oCCCCLX^o.“

Initiales litterae pictae.

1345

L. XCI./2.

chart., alt. dim. saec. XV., ff. 147, 30·2 × 21·3 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

In f. praeligato: „W XXX.“

M. T. Ciceronis Epistolae. „Marci Tulii Ciceronis Ad Publum, Lentulum et ad alios Epistolarum liber primus incipit. Cicero Publio Lentulo salutem dicit. Ego omni officio . . .“ × „et si te veniens in medio foro videro, dissuaviabo. Me ama. Vale. Contigimus portum, quo michi cursus erat. Et insperate operi inclusimus finem.“

Initiales litterae pictae. In f. 1^o in marg. inf. pictum insigne capituli metrop. Pragensis. Cfr. P o d l a h a, Soupis: Knihovna metrop. kap. pag. 204—205, fig. 242; Topographie pag. 215.

1346

L. XCII.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 122, 31·5 × 22 cm, involucrum antiquum simplex.

Operculo sup. adligatum est fragm. membr. gradualis saec XIV. („De sancto Procopio“). In margine sup. fragmenti: „Jo. Albi rectoris in Slana.“

Joannis de Balbis (Januensis) Grammatica (pars operis „Catholicon“). „Prosodia quedam pars grammaticae nuncupatur“ × „Explicit grammatica reverendi maiistri Johannis Katholicon.“

Operculo inf. adligatum est fragmentum membr. bibliae saec. XIV. (Math. 26, 31—67).

1347

L. XCIII.

chart., 1499—1501, ff. 500, 31·5 × 21 cm, involucrum antiquum cum impressis ornamentiis (in operc. sup. ,I. K. P. 1582).

1^a in marg.: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg, praesorti Pragen.“

1^a—1^b **Carmen de septem peccatis mortalibus cum commentario marginali et interlineari.** „Crimina theologus septem mortalia ponit . . .“ × „Quatenus eterna pace fruamur Amen.“

2^a—4^a **Lucii Lactancii Firmiani Centimetrum elegiacum de resurrectionis Dominicæ die cum comm. marg. et interl.** „Salve festa dies . . .“ × „Finis huius anno salutis 1499 Zittaviae raptæ.“

4^a—4^b **Carmen Gamphredi [Galfridi de Vino salvo] de pigro servo cum comm. marg. et interl.** „Scisne moram pigri . . .“ × „a testudine motus.“

4^b **E p i s t o l a a d Leonhardum quemdam.** „Sepe cogitanti mihi optime Leonharde . . .“ × „7 Ydus May 1496 . . .“

5^a—6^a **Horatii Carmen saeculare cum comm. marg. et interl.**

6^b „Pro recommendacione artis poetices . . .“ — Epistola: „Honorando discreto bonarum artium Lipczensis studii, in sacrisque ordinibus iniciato domino meo capellano fautori suo longe observantissimo . . .“ × „Datum Zittaviae 4 kl. Febr. a. 1503. Mgr. Johannes Gersen Aurimontensis, Zittaviensis scole moderator.“ — Epistola cuiusdam decani ad plebanum Ustensem Joannem Zak de quodam matrimonio propter impotentiam viri non consummato.

7^a—7^b **Tractatus Aeneae Sylvi de amoris effigie cum comm. marg. et interl.** „Vidimus effigiem lascivi nuper amoris . . .“

8^a—9^b **Carmen m g r i Johannis Fabri de Werdea de utilitate poesis conscriptum cum comm. marg. et interl.** „Dicere de grandi statui virtute poesis . . .“

10^a—11^a **Fabula de gallo et vulpe, in qua latenter deridetur inanis gloria indocti poëtae cum comm. marg. et interl.** „Arbore de querna voces iactat

inanes gallus . . . " × „Finis huius operis per me Wolffgangum Duxaw. Anno salutis 1499 Zittauie.“

11^a—11^b Carmen in honorem virginis intemeratae cum comm. marg. et interl. „Regina Dei genitrix sanctissima salve . . .“

12^a—67^a; 69^a—88^a; 111^a—126^a Decii Junii Juvenalis Satirae cum comm. marg. et interl. 34^b: „Explicit liber primus Juvenalis scriptus per manus cuiusdam Bohemum Zittavie anno salutis 1499.“ 126^a: „Finitus est liber Juvenalis tercius Sittavie per me Wolffgangum Duxav. anno Dni 1499 in die sancte Ludmille.“

67^a—67^b Carmen Sebastiani Brant de avaritia et prodigalitate. „Qui legit immensum nummorum pondus . . .“

68^a—68^b vacant.

88^b—107^a Dominicus Mancini: Carmen de passione domini nostri Jhesu Christi cum comm. marg. et interl. „Non hominum laudes, nec forcia facta virorum . . .“ × „nisi qui non vivere curat. — Tractatus Dominici Mancini finitus est anno Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo nono quarto nonas Maias circiter horam decimam septimam in oppido Sittaviensi per me Wolffgangum Duxaw. in die Sabatho post festum sancte Crucis. Ego vero 3. feria post festum Nativitatis Johannis anno Dni 1499.“

107^b—108^b Alanus De laude beatae Virginis cum comm. marg. et interl. „Hec superos cives proprio precellit honore . . .“

109^a—109^b vacant.

110^a—110^b Angela Braun virgo mgro Johanni Birmust[?] collegiato Erfurdenzi. „Ut tibi quam multas mittat tua virgo salutes . . .“

127^a—162^a Horatii Flacci Liber epistolarum cum comm. marg. et interl. 150^b: „Finis huius per me Wolffgangum de Duxaw anno Domini 1499 decimo septimo kalendas Septembbris feria 6. post festum assumptionis Marie horam circiter 13 etc.“ — 162^a: „Finitus est liber Horacii etc. per me Wolffgangum de Duxau anno Dni 1499 feria 6. ante festum exaltacionis sancte crucis circiter horam 19.“

163^a—172^a Horatii Flacci Liber de arte poëtica cum comm. marg. et interl.

173^a—176^b Carmen magistri Johannis Fabri de Werdea contra invidiam contextum cum comm. marg. et interl. „Phebe pater . . .“

177^a Publpii Virgilii Maronis Carmen de littera Pythagorae cum comm. marg. et interl. „Littera Pytagore . . .“

177^a—178^a Ode saphica hendecasyllaba Corvini ad divam virginem cum comm. marg. et interl. „Diva, quam pulchro rubicundus astro . . .“

178^a—179^a Carmen doctoris B. de ludo cum comm. marg. et interl. „En iterum nostris offert turba . . .“

179^b—182^a Sulpicii Verulani Carmen de ingenuis moribus in mensa servandis cum comm. marg. e interl. „Quos decet in mensa mores servare docebo . . .“

183^a—214^b Dominici Mancini Liber de quatuor virtutibus cum comm. marg. et interl. „Candidissimus Dominici Mancini liber de quatuor virtutibus et omnibus officiis ad bene beateque vivendum pertinentibus ad Fridericum Severnatem dominum illustrem episcopumque malleacensem reverendum [Fridericus de Aragonia (de s. Severino), episc. Malleacensis (Maillezais) in Gallia] . . . Quatuor astringit virtutes iste libellus . . .“

214^b Magistri Laurentii Corvini Novoforensis Carmen saphicum ad divam Virginem cum comm. marg. et interl. „Dei summi genitrix . . .“

215^a—218^b Senecae Liber de moribus humanae vitae cum comm. marg. et interl.

219^a—227^a M. T. Ciceronis Epistolarum familiarium liber decimus quartus cum comm. marg. et interl.

227^a—227^b Publi Maronis Virgilii Moretum.

227^b—228^b Poggii Florentini ad Leonardum Aretinum epistola de morte Hieronymi Prag. cum praefatione.

229^a—285^b Boethii De consolatione philosophiae cum comm. marg. et interl. „Quoniam secundum Remigium super Donato . . .“ × „Anno salutis millesimo quingentesimo primo Zittauie per me Wolffgangum de Duxaw pro quo Deus benedictus.“

286^a—286^b vacant.

287^a—293^b Epistola Valerii Maximi Rufino, ne ducat uxorem, cum comm. marg. et interl. „Beati Jeronimi et Valerii epistola ordine partis tercie septuagesima nona ad Ruffinum, ne ducat uxorem, desuasoria. Loqui prohibeor . . .“ × „anno Dni millesimo quadrungentesimo nonagesimonono quinto Kalendas Maias . . . in opido Zitauien. per me Wolffgangum Duxaw . . .“

293^b—296^a Tractatus Huguicci terminorum numeralium difficultates lucide ostendens cum comm. „Vocabulorum significancium numeros . . .“ × „Finis huius tractatuli anno Dni 1501 Zittauie.“

296^b Corvinus ad Palladem artium inventricem et scolarum deam cum annotationibus. „Quondam Cecrops Pallas celeberrima . . .“

296^b Tabula historiarum breviarii.

297^a—398^b Carmen elegiacum mgri Stephani de Monte Regio in libidine insolentes cum commentario. „Carmine detester quo sacra cupidinis arma . . .“

398^b—330^b et 411^a Aristotelis De anima cum commentario. „Incipiunt libri gloriissimi philosophorum principis Aristotelis de anima feliciter . . .“ × „ut sonum de magnis sonis . . .“ [ad finem non perductum].

331^a—340^b vacant.

341^a—348^b Senecae Liber de formula honestae vitae vel de quatuor virtutibus cardinalibus cum comm. „Ex quo secundum Remigium super Donato . . .“ — „Quatuor virtutum species . . .“ × „Finis huius tractaculi anno Dni 1501 feria quinta post visitacionem Marie circiter hora 23. in opido Ostris per me Wolffgangum de Duxau.“

349^a—410^a Senecae Ad Lucillium epistolarum liber cum comm. „Ne a Remigio super Donato discedamus . . .“

410^b Carmina varia (Baptistae Mantuanii, Hieronymi Balbi, Ovidii). In fine: „Anno nostre salutis 1511.“

412^a—427^b Senecae Epistolae cum comm. „Subito nobis hodie Alexandriae naves . . .“ × „reliquerunt nisi scire. Vale.“

428^a—428^b vacat.

429^a—433^b; 439^a—445^b; 449^a—465^b Quaestiones super Alberti Magni Libris naturalium. „Circa secundum Alberti queritur . . .“ × „hoc ad presens de celo dicta sufficient. Anno Dni 1500 feria 5 ante festum annunciations . . .“ — 465^b: Raptim Zittaw per me Wolffgangum de Duxau anno salutis 1499 feria 6. ante festum s. crucis . . .“

436^a—438^b **Epistola b. Bernhardi ad Raymundum cum comm.** „Prefacio in epistolam Bernhardi . . .“

446^a—448^b **Expositio homiletica quorundam partium evangeliorum in dominicis et festis sanctorum.** („In die Augustini“, „In die s. Mathiae“, „In die exaltacionis s. crucis“). „Erat quidam regulus. Historia presentis evangelii tribus roboretur articulis . . .“

465^b—466^a **Tabula:** „Genera potenciarum animae.“

466^b „Sex sunt viae, quibus naturaliter cognoscitur Deus . . .“

467^a—500^a **Tractatus de septem sacramentis** [revera solummodo de sacramento poenitentiae]. „Prefacio in tractatum de septem sacramentis Novi testamenti. Sunt quam plures, proh dolor, qui cum vehementer . . .“ × „Finis huius operis a. D. 1500 feria secunda ante festum sancti Egidii, circiter hora 18. Rupta Prage in castro sancti Wenceslai per me Wolfgangum Duxau.“

1348

L. XCIV.

membr., saec. XIII., ff. 39, 31 × 21·5 cm, involucrum antiquum simplex.

1^a—21^a **Seneca: Liber de naturalibus quaestionibus ad Lucilium.** „Prologus Annee Senecae . . . Quantum inter phylosophyam . . .“ × „Lucii Annei Senecae explicit.“

21^b—25^b **Hermes Trismegistus: De vera philosophia.** „Asclepius iste pro sole mihi est deus . . .“ × „Explicit Trismegistus Egyptius de vera phylosophya.“

26^a—26^b vacant.

27^a—39^a **[Nemesius] Tractatus de anima.** „A multis et prudentibus viris confirmatum est hominem ex anima intelligibili et corpore . . .“ × „per os et nares in exspiracionibus eicit suas famositates.“ [Versio latina forte ab A 1 f a n o archiepiscopo salernitano adornata.]

1349

L. XCV.

chart., 1461, ff. 295, 31·9 × 21·6 cm, involucrum antiquum cum laminis affabre elaboratis.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. missalis saec. XIV. — In operc. sup. intrinsecus sign.: „G 48“.

In f. praeligato Contenta libri et eadem signatura.

Johannes Britannicus (Parvus, Sarisberensis): Policeratus. „Incipit Eutheticus Johannis in Policeraticum. Si michi credideris lingwam cohibebis . . .“ × „Finit Martinus Saturni luce vigente Qua Victorinus presul fulgebat eunte. Frater te sannes legis id si raro Iohannes“ [= 5. Septembbris 1461].

192^b—194^b vacant.

195^a—295^a **Junii Juvenalis Satirae cum commentario interlinearis.** „Materiam et causas satyrarum hac inspice prima. Semper ego auditor tantum . . .“ × „Ursula dum lusit que quarta luce refulsit Finis inest vere optat podex sponte iacere“ (= 21. Octob. 1461).

Initiales litterae pictae. Cfr. P o d l a h a, Soupis: Knihovna kapitulní pag. 205—206; fig. 243; Topographie, pag. 216—217.

1350*L. XCVI.*

membr., saec. XIII. et XIV., ff. 102, 24·3 × 12·5 cm, invol. antiquum simplex.

f. 1 operculo sup. adligatum est fragmentum membr. cuiusdam scripti theologici lat. saec. XIV. — In margine sup. sign.: „H. 50“.

2^a—102^a **Papinius Statius: Thebais.**

ff. 2—9 scripta sunt saec. XIV., ff. 10—102 saec. XIII.

102^a in fine: „Surtulii Papinii Stacii liber tebaydos explicit per manus Mauricii sabbato ante Oculi in jejunio quinto die mensis Marcii. Deo gracias. Amen per omnia. Scriptori pro penna detur formosa puella. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria Amen.

Cfr. A. L. R z a c h in „Festschrift zum 70. Geburtstag des Wiener Philologen Theodor Gomperz“ (Wien 1902); „Der Katholik“ 1903, pag. 341, „Časopis katol. duchov.“ 1904, 66.

102^b Catalogus librorum cuiusdam bibliothecae (scriptus saec. XV.).

1351*L. XCVII.*

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 27, 23·4 × 16·6 cm, involucrum antiquum simplex membr.

Operculis intrinsecus adglutinata sunt fragmenta grammaticae latinae saec. XIV.

1^a Variae annotationes. — In spatio vacuo in medio folii: „Alexii Baccalarii“.

1^b—27^a **Gaufredus [Galfridus de Vino Salvo] Poetria nova cum expositione marginali et interlineari.**

1^b „Cum ornatus modus legendi . . .“ — 2^a „Papa stupor mundi . . .“ × 27^a „Explicit Gamfredus.“

1352*L. XCVIII.*

membr. et chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 72, 24 × 16·2 cm, invol. membr. simplex.

1^a—19^b **Rogerii Salernitani Liber florae.** „De modo tractandi . . .“ — „Cum omnibus scientia ex fine et utilitate . . .“ × „Explicit liber flore magistri Rogerii.“

19^b **De medicinis laxativis.** „Cum artis medicine dicantur due partes esse . . .“

20^a—20^b **Tractatus (sine initio et fine) de fluxibus humorum.**

21^a—23^a **Catalogus medicamentorum.** „Cinamomum . . .“ × „sanatur inflatura.“

23^a—26^a **Vocabularius medicus ordine alphabeti.** „Anachimiasis = ventositas . . .“ × „Zizibil = zinziber.“

26^a **I n v o c a t i o n i r u m r e g u m.** („Rex Jaspar, rex Melchior, rex Balthasar . . .“ — 26^a—27^a **P r e c a t i o:** „Oracio satis bona. Concede mihi misericors Deus, que tibi placita sunt . . .“)

27^b vacat.

28^a—55^b **Carmen de viribus herbarum.** „Herbarum quasdam dicturus carmine vires . . .“ × „vermibus a nocivis tuti requiescere possent.“

28^a in marg. sup.: „Marci . . . pro tribus gr., non remisius.“

56^a—57^b vacant.

58^a—72^a **Compendium naturalium** (de quatuor elementis, de complexiobus, quomodo nubes generentur, quomodo pluvia, de cometa etc.) „Tractatulus de creacione quatuor elementorum . . .“ × „Explicant compendia naturalium.“

72^a—72^b **Litterae dominicales, aureus numerus e. a. annorum 1357—1367.**

1353

L. XCIX.

chart., primum dim. saec. XVIII., ff. 72, 27·2 × 20·3 cm, invol. coactaneum simplex.

In fol. praeligato: „Ex Bibliotheca Peutelschmidtiana.“

Mathiae Evdocii Persici Societatis Jesu Nepomucenidos lib. VIII.

1354

M. I.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 148, 21·7 × 15 cm, invol. antiquum simplex.

1^a—10^b **Varia remedia medica.** „Sanguisugarum quedam venenose sunt . . .“ (Compluribus locis vocabula bohemica.)

11^a—11^b **Somniorum interpres.** „Nota de sompnialibus apparicionibus . . .“

11^b—12^b **De vita s. Adalberti et quinque fratribus.** „Anno Dni nongentesimo nonagesimo nono s. Adalbertus . . .“

12^a „**Jhesu Christe Ityedry knyezye . . .**“

Cfr. Dr. Z d. N e j e d l ý, „Počátky husitského zpěvu“ 382, 459.

12^b **Varia remedia medica.** — „Hic nota, quomodo primus rex in Bohemia est coronatus.“

13^a—16^b **De variis remedii medicis** „Pomum mambre . . .“ × „et tenetur sub lingwa.“

16^b—54^a **Mgri Galli De medicinis.** „Hic incipit tractatus magistri Galli pie memorie de medicinis sanantibus. Circa instans negocium . . .“ × „magis valet.“

54^b **Notae historicae Bohemiam concernentes.** („Anno Dni 1314 rex Johannes coronatur. Anno D. 967 Boleslaus fratricida obiit . . . Anno D. 1306 est occisus Wenceslaus iuvenis rex Boh. . . Anno Dni 1314 Elsska virgo annorum 16, filia regis Venceslai . . .“)

54^b **Formulae medicinae bohemicae** („Ktoz nemoz spaty . . .“; „Komuz plycze hnygi . . .“).

55^a—56^a **O vcdě [moči].** „Kdiz gest woda czerwena a husta . . .“ × „bude mieti dny a brzo gey zlamagy.“

56^a—59^b **Formulae medicinae bohemicae et latinae.**

60^a—86^a **De herbis medicis.** „Lapacium . . .“ × „ad sitim reprimendam.“

86^a—103^b **Tractatus de diversitate complexionis.** „Diversitas complexionis consideranda est . . .“ × „pulveres qui pertinent ad maculam oculorum.“

104^a vacat.

104^b—105^a **De morbis matricis.** „Matrix ad humanam generacionem membrum est necessarium . . .“

105^b—106^a **Capitulum de sterilitate mulieris.** „Multis de causis concepcionis denegatur mulieribus . . .“

106^b—107^a **Varia remedia, vocabula artis medicae latino-bohemicae.**

107^b **Forma, qua baptizavit s. Johannes Christum.**

107^b **De herbis medicis cum vocabulis bohemicis.**

108^a—108^b **De suffocatione matricis, de vulva e. a.**

109^a—112^a **Tractatus de minutione.** „Rogatus a quibusdam, ut de ipsa minucione aliquid edocerem . . .“

112^a **Versieuli de cognitione sanguinis.** „De nimia cena stomacho fit maxima pena . . .“

112^a—118^b **De herbis medicis (cum vocabulis bohemicis).** „Nomen herbe plantago . . .“

119^a—124^b **De variis morbis.** „Asma est difficultas inspirandi . . .“

125^a—125^b et 131^b **Varia remedia medica.**

126^a—130^a **De variis morbis.** „De dolore capitis. Dolor capitis aut fit in medio capite . . .“

131^a—148^b **De variis morbis (continuatur series e f. 124^b)** × „necat serpentes et vermes et cetera. Amen dicant.“

1355

M. II.

chart., primum dim. saec. XV. (pars 1431), ff. 239, 21·5 × 15 cm, invol. antiq. simplex.

1^a—124^a **Mgri Rogeri Anglici (Salernitani) Practica medica.** 1^a „Incipiunt capitula in practicam mgri Rogeri . . . 1^b Incipit practica Mgri Rogeri Anglici. Sicut ab antiquis habemus autoribus . . .“ × „vel violaceo etc.“

124^b—163^a „Serapionis liber de aptacione et repressione medicinarum atque sublimatione earum translatus a Simone Januensi interpretatione Abraham Judei Tortuosensis et vocatur liber Servitoris.“ „Dixit aggregator huius operis . . .“ × „Finis Servitoris feria 3. ante Ascensionem Domini. Finito libro sit laus et gloria Kristo et cetera. Anno Dni M^oCCCC^oXXXI^o. Sancti spiritus assit nobis gratia Amen.“

163^a—168^b **De vinis medicinalibus.** „Vinum gramineum fit de radicibus juvenibus . . .“

169^a—180^b **Mgri Petruncelli Practica de febribus.** „Cum stomachus pro natura necessitate . . .“ × „sub lingwa ponatur. Finis Petruncelli. Anno Dni M^oCCCC^oXXXI feria VI. post Ascensionem Dni . . .“

181^a—214^a **Practica Petruncelli.** „Caput multis passionibus . . .“

In marginibus glossae bohemicae.

214^b—216^b **[Regulae sanitatis (cosmeticae)].** „Ut ait Ypocrates in parvo pronosticorum omnis medicinae artis studio . . .“

217^a—225^a **Flores diaetarum.** „Omnia comes̄a vel bibita . . .“ × „Expliciunt flores dietarum.“

225^a—226^b **Tractatus de clisteribus.** „Inter cetera medicaminum genera . . .“ × „Explicit de clisteribus materia.“

227^a—227^b **Tractatus de passionibus puerorum.** „Multe passiones contingunt pueris noviter genitis . . .“

228^a—239^b **Cophonis Liber de modo medendi.** „Quot et quibus modis medemur . . .“

In f. operculo inf. adligato formulae medicae; f. verso legitur: „Dnus Ladislaus de Boskowicz istam receptam portavit ex Italia.“

In operc. inf. intrinsecus varia praecepta („ad repellendum muscas“, „ad expellendum pediculos“, „ad lupos capiendos vel alias bestias“ e. a.).

1356

M. III.

chart., primum dim. saec. XV. (pars 1416), ff. 308, 21·6 × 14·8 cm, involucrum antiq. simplex.

Operculo sup. adlig. fragm. membr. missalis saec. XIII.

1^a—48^b **Aegidius Corboliensis: De urinis.** „Dicitur urina . . .“ × „Explicit Egidius de urinis anno Dni Millesimo quadringentesimo decimo sexto per manus Petri medici finitus feria sexta post Francisci etc. Qui bene scribit, ille bene bibit.“

49^a—123^a **Johannes Platearius: Liber de medicinis physicalibus.**

49^a—49^b Registrum (cum vocabulis bohemicis).

50^a—123^a „Amicum induit, qui iustis amicorum precibus condescendit . . .“ × „Explicit Platearius, optimus liber de medicinis phisicalibus per manus Petri de Czepye [? radendo corruptum]. Non deportabis nisi X gr. dabis.“

123^b—129^a **De variis morbis et varia remedia.** „De dolore dencium . . .“ × „et laxabitur.“ (123^b **De collica . . .** hoc est probatum in quodam plebano, qui habuit collicam XIIII annis . . . qui plebanus obiit anno Dni M^oCCCC^oX^o in Kostelecz penes Borotyn . . .“ 125^a „Si vis quod mulier non concipiat . . . recipe noctilucas i. e. rzerzatka . . .“ — „Si que mulier est maleficiata ut non conciperet, quod kuzlo dicitur, kterezy zakuzle, aby nepocznala dyety myety . . .“ — 127^b „Sicut legitur quod quandam contigit in Bohemia quod una mulier habuit IX filios . . . et vocaverunt eos krabyczency usque ad hodiernum diem.“

129^b—132^a **Richardi Signa pestilentiae.** „Signa vero pestilencie sunt hec . . .“ × „Expliciunt signa Richardi per manus etc.“

132^a—143^b **De variis morbis** (epialtes, pollipus, cancer e. a.). „Epialtes est morbus, quando homo iacens in lecto . . .“

143^b—144^b **De conceptionis impedimentis propter vulva m.**

145^a—145^b **Conspectus variorum generum considerandi pulsuum arteriarum.**

146^a—148^a **Formulae medicae.** „Secundum Mesue totum iste recepte . . .“

148^b—151^a vacant.

151^b—242^a [Mgri Rogeri Salernitani **Practica medica.**] 151^b—152^a registrum. 152^b—153^b vacant. 154^a „Sicut ab antiquis habemus autoribus . . .“ × 242^a „Explicit liber bonus per manus Petri de Czepie.“

242^b—245^a **Varia medicamenta.** „Litargicos excitat . . .“ × „fit fomentacio mollis etc.“

245—277^b [Galeni **Summa.**] 245^a—245^b Registrum. — 246^a „Cum omnis scientia ex fine et utilitate sua . . .“

277^b—282^b **Tractatus de pulsibus.** „Significacionum corporis interiorem dispositionem declarantium potissime duae inveniuntur: pulsus scilicet et urina . . .“ × „mortem significat.“

283^a—287^a **Electuaria medicinarum;** **Unguenta medicinalia e. a.**

287^a—292^b **De flebotomia.** „Propositum presentis negotii breviter volo percurrere, scilicet in quibus egritudinibus flebothomia competit . . .“

292^b—300^a [Bartholomaei] **Tractatus de anatomia.** „Testatur Galienus in Tégni, quod quicumque interiorum membrorum cognitor esse desiderat . . .“ × „vel feminas generantur.“

300^a—302^a **De signis mortis.** „Pervenit ad nos, quod cum Ypocrates morti appropinquasset . . .“

302^a—304^b [**De arte medendi.**] „Medicus peritus nature motus debet imitari . . .“

304^b—307^a [**De humoribus corporis.**] „Urina est colamentum sanguinis et ceterum humorum . . .“

307^a—307^b **Epistola missa per Aristotelem Alexandro de regimine corporis.** „Oportet te, o Alexander . . .“

307^b—308^b „**De praeservatione a venenis, quam composuit Ysaac et transtulit Constantinus in Viaticeo.** „Medicina autem universalis omnibus . . .“

308^b Formula medica contra ventositates.

1357

M. IV.

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 63, 23·2 × 15 cm, involucrum antiq. simplex.

Operculo sup. intrinsecus adglutinatum est fragm. breviarii saec. XIV.

1^a—52^b [Johannes Platearius] **Tractatus de simplicibus medicinis ordine alphabeticō.** „Circa instans negotium de simplicibus medicinis nostrum versatur propositum . . .“

52^b—57^a [Rogeri Salernitani?] **Quid pro quo.** „Cum ea, que sunt medicacione utilia inveniri non possunt . . .“ × „Pro zinziber piretrum.“

57^a—57^b **Varia medicamenta.** (Unguentum sompniferum; collirium album . . .; de syrupo acetoso; versiculi de ligno aloe . . . e. a.).

57^b—58^a **Versiculi de medicamentis.** „De asa fetida. Quo magis fetorem facit . . .“ × „Explicant versiculi boni nobiles . . .“

58^a—59^a **De signis zodiaci respectu habito ad dandas medicinas.** „Primum quidem locus solis . . .“ × „Explicant signa zodiaci et modus minuendi etc.“

59^a—60^b **De medicamentis, quae prosunt non valentibus coire.** „Nunc dicendum est de medicaminibus . . .“ × „Explicant tractatus utiles de non valentibus coire et medicaminibus eorumdem.“

60^b—62^a **Mesue: De gradibus medicinarum.** „Absinthium . . .“ × „apposita prodest. Explicit liber Mesue de gradibus medicinarum.“

62^a—62^b **[Praecepta de valetudine tuenda singulis mensibus.]** „Hic tractandum est primo de mense, qui Januarius appellatur . . .“ [tractatus in fine mancus, ad finem non perductus].

63^a Formula medica.

63^b et in operc. inf. intrinsecus variae formulae medicae.

1358

M. V.

membr., saec. XII., ff. 92, 22·5 × 16 cm, invol. antiquum simplex.

Codex humore valde est corruptus, ita ut scriptura compluribus locis, praecipue in initio et in fine abstersa sit.

1^a—16^b **Hippocrates: Aphorismi.** „Vita brevis, ars . . .“ × „Partes Ypocratis dissertissimi medici explicunt. In quibus decrevit hominum vitam naturasque rerum, artis prolixitatem, temporis velocitatem . . .“

16^b—23^a **[Tractatus de febribus, de urinarum diversitate et venarum variis pulsibus.]** „Dum esset difficilis ratio nonnullorum febrium . . .“

23^a—26^b **[Opus medicinae.]** „Omne opus, quod in hoc volumine contuli medicine . . .“ × „statim mors cum sanguine sequitur.“

26^b **Prognostica.** „Utile est eciam hoc: nosse prognostica vel bona vel mala . . .“

26^b—28^a **Signa mortifera iuxta Hippocratis sententiam.** „Unde scias . . .“

28^b—44^b **[De medicina libri sex.]** 28^a „Incipit prefacio medici. Interea moneo te, medice, sicut et ego monitus fui . . .“ — 28^a, „Incipiunt capitula . . .“ — 29^b, „Incipit liber primus. Scribis in carta pura distincta, Casta fave Licina . . .“

44^b—49^b **[Isidori lectoris Liber medicinalis.]** „Incipiunt capitula in introductiones ysagici in librum medicinalem . . .“ — „Incipit liber Ysidori lectoris . . .“ Medicina est, que corporis vel tuetur vel restauret salutem . . .“ × „usque horam quartam.“

49^b—92^b **,Incepit liber Sorani loyci de horis ysagogicis . . .“** „Medicinam quidem invenit Apollo . . .“

1359

M. VI.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 103, 22·2 × 15·2 cm, invol. antiqu. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

Involucrum confectum est e fragmento cuiusdam instrumenti latini saec. XIV., valde abstersi, concernentis ecclesiam in Wodicz [?].

In operculo sup. extrinsecus contenta libri. — Intrinsecus variae formulae medicae, in quorum fine: „pruna slywi, spendliky valent“.

1^a—47^b **Herbarium carmine conscriptum.** [„Mater orti Anglici“.], „Herbarium matrem te primo limite ponit . . .“ × „auditor quoque recessit.“ — „Explicit hoc opus finitum per manus Martini de Tissnow scriptum in Humpolecz anno Dni 1443 feria quinta ante festum Nicolai et cetera . . .“

48^a—49^b Registrum alph.

50^a—75^b **Tractatus Constantini de medicinis simplicibus secundum ordinem alphabeti.** „Quoniam disputationem simplicis medicine, videlicet prout racio expostulavit, complevimus . . .“ × „scrophulas sanat et mundificat. Deo gracias.“

76^a—87^b **Bernardus: Tractatus de pestilentia.** „In nomine domini nostri Jhesu Christi et matris eius Virginis Marie . . .“ Ego Bernardus . . .“ × „Finnit Venceslaus quondam Martini de Crumpnaw anno Dni M^oCCCCXLIII; eodem anno in crastino s. Bartholomei exivit de Crumpnaw ad studium Paduam, habens annos etatis sue XVI in translacione s. Venceslai.“

88^a—102^b **Tractatus de pulsibus.** „Cum cuiuslibet sermonis prolixitas inmensa sit . . . ego B. videns tradicionem de pulsibus diffuse traditam . . .“ × „Finitus per Venceslaum Martini de Crumpnaw anno Dni 1444 ante festum Assumptionis; eodem anno ivit ad studium Paduam in jure canonico, sequenti die post Bartolomei. Qui continuans in studio per I annum et VIII menses rediit in Crumpnaw, promotus in baccalarium, habens annos etatis sue XVIII incomplete [alia manu adscriptum:] qui promotus est in doctorem anno 1449 et obiit anno Dni 1460 in die s. Lucie et vixit solum XXXV annis.“

102^b—103^b variae formulae medicae.

Cfr. Sternberg, Abhandlungen über die Pflanzenkunde in Böhmen I. (1817), pag. 64.

1360

M. VII.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 221, 22·2 × 15·8 cm, invol. antiq. membr., conjectum e fragm. breviarii saec. XIII. cum neumis.

1^a—32^a **Tractatus de morbis.** „Capitulum primum de cephalea . . .“ [tractatus sine carens, a scriptore ad finem non perductus].

32^b—36^b vacant.

37^a—68^a **Albieus: Tractatus de signis pestilentiae et aliorum morborum** „Signa vero febrium pestilencium . . .“ × „Hec sunt compilatae per reverendum doctorem Albicum, supremum phisicum regis Bohemie pro exercitacione juvenum studencium in medicina, et sic tibi innotescit compositor.“

68^a—112^a **Albieus: Collectorium maius.** „Crisis grece est judicium latine . . .“ × „Explicit collectorium maius editum a Mgro Albico doctore artis medicine. Et rescriptum anno Dni M^oCCCCXXXVI ante festum Margarete virginis ad vota Petri dicti Bibat baccalarii arcium resumentis speram naturalem scolaribus scole s. Egidii, per quos est opus hoc rescriptum.“

112^b—140^a **Albieus: Quaestiones super Antidotarium.** „Queritur quid est medicina . . .“ × „Expliciunt questiones super antidotarium reportatae a Mgro Albico doctore et summo phisico regis Boemie Wenceslai . . .“

140^b—145^a **Notabilia circa Antidotarium Nicolai [Salernitanus].** „Est sciendum sicut dicit Platearius . . .“

146^a—214^a **Petrus de Tussiano: Liber descriptionum receptarum.** „In descripcionibus receptarum . . .“ × „in cura predictarum egritudinum. Amen.“

214^a—221^b **Variae receptae medicae.** „Contra pestem. Pillule mirabiliter operantes . . .“

1361

M. VIII.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 190, 21·4 × 14 cm, involucrum antiquum simplex.

In operc. sup. intrinsecus variae adnotationes medicae.

In folio praeligato primo (membr.): „Tale est regimen preservativum . . .“

In folio praeligato altero (chart.) versus medic. de aere („Aer sit mundus, habitabilis . . .“), pane, vino, musto, cerevisia, aceto. — Folio verso receptae variae („Ad laxandum ventrem . . .“),

1^a—8^a [Brevis tractatus de medicinis.] „Quoniam quidem de melioribus amicis, quos habere videor . . .“ × „eius clarissimus mediocriter.“

8^a—10^b [Varia medicamenta] „Vomitum leviter facienda . . .“

10^a De passionibus capitum. 11^a De morbis capitum. De egreditudinibus et morbis cordis. 11^b De morbis pulmonis, gutturis et canalium eius.

12^a vacat.

12^b [Receptae.] „Ut adulteri cum adultera odiose vivant . . .“ — „Ad laborandum olera iuxta modum brunen.“

13^a—26^b Variae medicinae. „Medicina visum clarificans . . .“ × „Ad fluxum sangwinis . . .“

27^a Initium cap. Math. IX. „In illo tempore ascendit Jhesus . . .“ [ad finem non perductum].

27^b—28^b vacant.

29^a—37^a [De coitu.] „Creator omnium volens genus omnium animalium firmiter et stabiliter permanere . . .“ × „hec dicit frater Albertus in libro suo de plantis.“

37^b—42^a Confectiones Antidotarii secundum ordinem alphabeti. „Aurea Alexandrina dicta est ab auro . . .“

42^b—52^b Variae receptae latinae et germanicae.

52^b Formula medic. bohemica.

Litterae Nicolai episcopi Misnensis 1392 pro diutorio a fidelibus praestando pauperibus conjugibus e judaismo conversis.

49^b „Nycolaus Dei gratia episcopus ecclesie Misnensis universis et singulis archipresbiteris . . .“

53^a—55^b [De casibus reservatis.] „Sciendum est breviter, pro quibus culpis vel casibus ac penitenciis sit ad episcopum penitens remittendus . . .“

55^a—56^a De confectione et adhibitione colorum. „Ad colores perfectissimos conficiendos . . .“ — „Si vis cum eo depingere ad parietem vel supra lignum . . .“ — „Si vis aurum superponere ligno alicui . . .“ — „Si vis scribere cum auro vel argento . . .“

57^a—57^b vacant.

58^a est introligatum fragm. membr. instrumenti latini cuiusdam monasterii sanctimonialium concernentis quandam vineam.

58^a Receptae bohemicae.

58^b [De utilitatibus vini cremati.] „Ipocras primus inventor vini cremati seu aque vite describit virtutes seu utilitates vini predicti . . .“

59^a—71^b [De medicamentis variis, praecipue herbis.] 59^a „Notandum, quod multo plures sunt morbi mulierum quam virorum . . .“ — „59^b Bozye drzyewcze . . .“ — „Capitulum de absinthio . . .“ — 60^a „Cicuta bolehlaw . . .“ — 61^b „Capitulum de plantagine gytroczyel . . .“ e. a.

72^a **Cantio lat.-boh. cum notis musicis.** „Cedeamus unguentum emere . . .“ — „Poffpieffme maffti cupiti . . .“

72^a „Czechowe buoha profte, prawe geho wiery kto stę, at to newierne plemie bude wen wyhnano z zemie“. — „W nadiegi bozy mystr Jan Hus . . .“ 72^b vacat.

73^a Versus: „Que tibi sunt scripta, fili, corde gere scripta . . .“ × „Laus tibi sit Christe, quia liber explicit iste amen.“

73^a „Ad faciendum aureas litteras sive cartas . . .“ — „Ad ponendum tabulas aureas vel argenteas . . .“ — „Si vis facere viridum colorem . . .“ — 73^b „Cinobrium est res notabilis . . .“ — „Ad faciendum mineum . . .“ — „Si vis deaurare nuces . . .“

74^a „Aqua ardens fit de cerevisia vel de vino . . .“

76^a—78^a De distillatione aquae vitae.

78^b—79^a Capitulum de apostematibus.

79^b vacat.

80^a Varia praecepta. „Ignis ardens sulfur vivus . . .“ — „Ad paralism balneum . . .“

80^b Pulvis m̄gri Stephanii Lombardi.

81^a—82^a [De arte vitriaria sive de gemmis artificialibus.] „Gemme enim artificiales sunt vitree . . .“ [Tractatus in fine mancus.]

82^a „Temnoſty ſtaly fu fye po wfelyky zemy, když ukrzyżowaly fu Ge-žieffe . . .“

82^b—85^b vacant.

86^a Versus: Vita quid est hominis, nisi res vallata ruinis . . .“

86^b—91^b Versus: „Bis sex credatur sunt successus ebrietatis: in multis primus sapiens est . . .“ — „Non vox sed votum, non musica cordula sed cor, non clamor sed amor sonat in aure Dei . . .“ — „Experimenta notes, nunquam reprobanda legenti . . .“ — „Contra arthericam passionem. Vinum castoren., tapsus, camomilla coquantur . . .“ — „Contra surditatem. Auricule surde si te vexacio ledit . . .“ e. a. receptae versificatee.

91^b Verus: „De solertia medicorum circa infirmum. Ut bene curentur egroti . . .“

91^b et 86^a in marg. annotatio de commutatione beneficiorum facta a. 1413 die X. Novemb. Pragae.

92^a—99^a [De herbis medicinalibus.] „Galganum kalkan est siccum . . .“ × „et fetorem et feces de vesica expellit.“

99^a „Nota ut ait oda, quod sunt tres dies, in quibus homo si sanguinem traxerit, infra sex vel IX dies morietur . . .“ — Versus: „Prima dies Jani timor est et septima vani . . .“

99^a—100^b **Diversa remedia aurium.** „Cum homini aures obdurantur . . .“

100^b „Contra fluxum sanguinis.“ — „Contra paralism.“ — „Contra inflaturam.“

101^a Copia instrumenti: A. 1412 Mgr. Johannes Cralowicz, canonicus praebendatus ecclesiae pragen-

sis coram capitulo optat praebendam vacantem per obitum Wenceslai Knoblauch.

101^b—102^b **Varia remedia.** „Remedium optimum contra colicam . . .“ — „Contra morbum qui dicitur snyedek . . .“ — „Virtutes diptani alias trzem-dala . . .“ — „Contra vermes qui vocantur skworzi . . .“

103^a—108^b **Collecta per magistrum Cristanum de Prachaticz de sanguinis minucione a. D. MCCCC XXX.** „In nomine Dei Amen. Quia multitudo hominum . . .“ × „Hec de sangwinis minucione et servacione dicta sufficiunt.“ — [Continuatur f. 132^a—133^a] „Habito iam aliquot de hiis, que concernunt sangwinis minucionem . . .“ × „et hec pro hac materia sufficient pro presenti.“

109^a—115^b **Collecta notabilia de libro metheorum.** „Nota quod tota spera aeris . . .“ × „Explicit collecta notabilia de libro metheorum per Stephanum quondam rectorem scole superioris ecclesie in Montibus Cuthnisi.“

115^b—116^a **[Notabilia de sphaeris coelestibus.]** „Circa tractatum correspondentem libro de celo primo nota, quod secundum philosophum octo sunt spere . . .“

116^b—118^b **De morte, quomodo eidam magistro apparuit.** „Nota quod quidam magister nomine Policarpus in Ybernia . . .“ × „sed vitam tuam emenda.“

118^b—119^a **Auctoritates de communione sub specie panis et vini.** „Item sanctus Thomas in glossa super Johannem . . .“

119^b vacat.

120^a—125^a **[De arboribus et herbis aromaticis.]** „Generaliter primo dicendum est de arboribus vel de herbis aromaticis . . .“ × „veni columba mea formosa mea in foraminibus petre etc.“

125^b—126^b vacant.

127^a **Varia remedia.** „Incaustum.“ — „Ad furtum“ — „Ad eos qui in nocte mingunt.“ — „Ad caliginem oculorum“ e. a.

128^a—130^b **Tractatus Hippocratis de significatione mortis.** „Frustra genus mortalium moritur . . .“ × „et cum opus fuerit unge.“

130^b—131^b **Experientiae.** „Ut mulier pusillas habeat mamillas . . .“

133^b vacat.

134^a—134^b **Tractatus astronomicus initio carens de compositione et usu quadrantis.**

134^b—135^a „Aurum musicum i. e. color auri . . .“ — „Ad scribendum aurum vel argentum de penna . . .“ — „Ad indurandum ferrum . . .“ — „De vitro et gemmis mollificandis . . .“ e. a.

135^b—137^a **Herbarius Alberti.** „Sicut dicit philosophus in compluribus locis . . .“

137^b vacat.

138^a **Versus de medicamentis.** „Thus mastix athanasia . . .“

138^b **[De potestate planetarum in generationem hominum.]** „Corporalis mundi machina . . .“

139^a **[De herbis medicinalibus.]**

139^b—140^b **De meditatione malitia complexionis.** „Que ex eis quidem sine materia existit . . .“ × „et malicia complexionis.“

140^b „Capitulum ad succurrendum accidentibus,
que praenosticant aegritudines.“

141^a—141^b [Versus de curandis morbis.] „Si lacrime fluant . . .“

142^a—142^b vacant.

143^a—144^a Receptae variae. „Ad faciendum lumen, quod per splendorem
reddat serpentes. Rec. unum serpentem . . .“ — „Ad faciendam litteram, que
legi non potest nisi prius lavetur cum aliqua aqua . . .“ — „Ad faciendam
candelam, quam nullus incendere poterit, nisi magistro placuerit . . .“

144^b—145^a vacant.

145^b Forma cuiusdam instrumenti citationis. „Facta
sunt hec presentibus honor. et discretis viris magistris Jacobino de Krnovia
iurisperito advocate, Wenceslao dicto Miska de Lukohorzan, Wenceslao de
Polenka et Petro de Radessow pro omnibus generalibus causarum consistorii
pragensis et multis aliis testibus circa premissa. Tenor vero littere citacionis,
de qua supra fit mencio sequitur per omnia in hec verba. Blasius dictus
Lupus . . .“

146^a—146^b vacant.

147^a—148^b Vocabularius herbarum latino-germanicus. 147^a—147^b „Ireos
swertel albo flore . . .“ × „Ypossides tanenwamp“. — 147^b—148^b „Arthe-
mesya bugge odir byboz“ × „Zucharum Zuchrt. Explicit.“

147^b in marg.: „Fingunt se medicos quilibet ydiota: sacerdos, Judeus, mo-
nachus, hystrio, rasor et anus.“

149^a—149^b vacant.

150^a Praeceptae variae.

150^b—152^b [Alberti Tractatus de quibusdam medicamentis e materiis
herbarum et animalium confectis.] „Sicud dicit philosophus in multis locis,
omnis sciencia de genere bonorum est . . .“

153^a—154^a vacant.

154^b—157^a [Tractatus de tempore minutionis.] „Rogatus a quibusdam
magistris, ut de tempore minucionis . . .“ × „signum est corrupcionis. Ex-
plicit hoc totum etc.“

157^b vacat.

158^a Finis cuiusdam tractatus manci („. . . et in hoc terminatur libri
glosa ex diversis commentariis studiose collecta, pro quo sit Deo laus . . .“).

158^a „Utrum mulier sit pregnans aut non . . .“

158^a—159^a [Experimenta fratris Nicolai de Bohemia.] „Incipiunt experi-
menta fratris Nicolai de Boemia, qui fuit in Monte Pessulano XXX annis . . .“

159^a—159^b „Cum ego Johannes essem paululus in civitate Alexandria
Egyptiorum reperi in quodam libro, qui vocatur Salus vite hec V experi-
menta . . .“

160^a—161^b vacant.

162^a—164^a [Medicamenta, quae utuntur in medicina oculorum secundum
ord. alph.] „Anserod. i. e. santocolla . . .“ × „Zinsiber . . . Et ista est summa
medicinarum, que utuntur in medicina oculorum.“

164^b vacat.

165^a „Tabula magistri Cristanni minucionum sanguinis et lunacionum pro

anno Dni MCCCCXXVII currente in Hradecz civitate, que Nova Domus dicitur, per eum ibidem practicata et ne errent fideles in celebracione festorum mobilium. Et sciendum, quod annus iste erit bissextilis et D C erunt littere dominicales, quarum prima erit ista . . .“ [ad finem non perductum]. — „Item kto czyeſt tlusſty chren wydaty anebo o nyem flyſety anebo gey doma myty . . .“

165^b—166^b vacant.

167^a—176^a [**Palladii Liber de agricultura breviatus per Godefridum.**] „Palladii librum breviatum per Godefridum accipe . . .“ × „cum opus fuerit, ut predictum est.“

172—174^b vacant.

176^a—177^a [**Precautiones variae.**] „Domine Deus omnipotens creator omnium rerum . . .“ [precatio mulieris pro gratia filios generandi].

M. XXXII.

chart., 1458—1464, ff. 246, 21·2×15·1 cm, invol. antiquum simplex.

Operculis adligata sunt fragm. membr. grammaticae lat. versificatae saec. XIV.

1^a—42^a **[Quaestiones super Praedicabilibus Porphyrii.]** „Circa inicium libri predicabilium Porphyrii . . .“ „Et habetur materia ysagogiarum Porphyrii.“

42^b—84^a **[Quaestiones super Praedicamentis Aristotelis.]** „Circa inicium libri predicamentorum Aristotelis movetur primo questio talis . . .“ × „sed habent repugnanciam inter se.“

84^a—94^a **[Quaestiones super Sex principiis Gilberti Porretani.]** „Circa inicium libri sex principiorum Gilberti queritur primo . . .“ × „Et hec de questione et per consequens de toto libro sex principiorum Gilberti episcopi Porretani, cui finis impositus est feria III. in vigilia Jacobi anno 1464 per me Danielem de Zdiar pro tunc in magno collegio percunctanti.“

94^b—99^b **[Quaestiones super libro divisionum Boethii.]** „Circa inicium libri divisionum Boecii movetur primo questio talis . . .“ × „Et hec de questione et per consequens de toto libro divisionum Deo gracias.“

100^a—100^b vacant.

101^a—120^b **Quaestiones super libris perihermelas Aristotelis.** 101^a „In principio libri peryermenias queritur . . .“ — 120^b „et hec de questione et per consequens de toto libro perihermelas. Giz hnē gdū k wecerzi k kazy-mirce, neb sem ustal po tey puti f. III. post reminiscere . . . Joh. de Thabor.“ — 121^a „Circa secundum librum perihermelas . . .“ × 127^b „Et sic est finis

punctorun parisiensium super textu tocius veteris artis f. II. post Judica seu in vigilia Annunciacionis beate Marie virginis in collegio regine anno Dni M^oCCCC^oLV^o. Thabor.“

128^a—130^b vacant.

131^a—202^a [Quaestiones super libris Priorum analyticorum Aristotelis.] 131^a „Circa inicium primi libri Priorum movetur questio talis . . .“ × 155^b [Atramento illitum:] „Anno D. 1458, quo anno inclitus princeps et serenissimus rex Boemorum Boemus natione de Cunstat alias de Podiebrad tunc temporis et anno eodem coronatus cum regina equitavit ad Moraviam . . .“ — 156^a „Circa inicium secundi libri priorum analeticorum . . .“ × 202^a „Et est finis librorum posteriorum. ha ha ha nemczi czech he etc.“

202^a—225^b [Quaestiones super libris Topicorum Aristotelis.] „Circa inicium primi libri Topicorum . . .“ — 218^a in fine libri secundi: „finis anno Dni 1458 post Jacobi, quo die mater mea multum dilecta obiit . . .“ × „finis de toto libro topicorum Aristotelis.“

225^b—246^a [Quaestiones super libris Elenchorum Aristotelis.] „Circa inicium primi libri Elenchorum Aristotelis . . .“ × „Anno Domini 1458 sabbato ante Ascensionem beate M. Virginis, quo anno mater obiit . . .“

246^b [Variae quaestiones philosophicae.]

1386

M. XXXIII.

chart., 1388—1389, ff. 145, 21·2 × 14·7 cm, invol. antiq. membr. cum dorso e corio confecto.

Operculis adligata sunt fragm. membr. manu scripti lat. saec. XIV.

1^a—48^a [Commentarius suppositionum.] „Intencionis huius est tractare. Tractare de terminis prime vel secunde intencionis . . .“ × „Explicit commentum suppositionum, finitum sub anno Domini M^oCCC^oLXXXIX^o pridie kalendarum mensis iulii Amen.“

49^a—78^b [Auctoritates librorum Aristotelis.] „Hic incipiunt modo auctoritates primi methaphysice. Omnes homines naturaliter scire desiderant . . .“

79^a—80^a vacant.

80^b—84^b [Quaestiones variae philosophicae.]

85^a—96^b [Quaestiones super logica Porphyrii.] „Queritur circa Porphyrium, utrum loyca sit sciencia . . .“

97^a—119^a Quaestiones veteris artis. In fine: „Explicitur questiones veteris artis finite sub anno Domini M^oCCC^oLXXXIX^o sexto nonarum mensis iulii.“

119^b—120^b vacant.

121^a—135^b Richardi Billingham Commentarius. „Terminus est, in quem resolvitur. De causa formalis . . .“ × „Explicit commentum Rigardi Biligam pronunciatum a magistro Ertmaro Bodaker in nova Stargardia finitum quarto nonas mensis ianuarii. Sub anno Dni M^oCCC^oLXXXVIII 4. nonarum ipsius ianuarii.“

135^b—145^b Diderici Misdroyen Constructiones. „Secundum philosophum sexto topicorum terminus equivocus . . .“ × „hec pueritia de questionibus

sufficient. Laus Deo... Sub anno Dni M⁰CCC⁰LXXXVIII⁰ 5. kl. ipsius Augusti... Explicant construcciones Diderici Misdroyen finite' nove Star-gardie die decimo quinto kl. mensis augusti."

1387

M. XXXIV./I.

chart., 1442—1443, ff. 245, 21·3 × 15·3 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

[**Praelectiones et quaestiones disputatae de philosophia.**] „In nomine Domini salvatoris nostri Christi Jesu, ad cuius gloriam et honorem omnes actus humani sunt operandi et exercendi... Quia paupertas ingenii...“
27^b „Incepcio super I. tractatu Magistri Mauricij. Cum prudentis sit eligere media...“

29^a „Utrum omnes habitus sint in anima...“ — In marg. inf.: „Mgr. Mauricius de Benesow incepit disputare f. V. pod Stanislai a. D. 1441.“

131^b: „Finita sunt hec... per Math. de Czacz ante dominicam Judica post Mgrum Mauricium de Benesow anno D. 1442. Reczek.“

168^a: „Et sic est finis de universalibus Porphirii a. Dni M⁰CCCC⁰XLIII⁰ ante Pasch.“

241^b: „Finis f. 6. in vigilia assumptionis huius boni et utilis opusculi etc. Anno Dni MCCCCXLIII⁰ post magistrum Mauricium de Benesow...“

1388

M. XXXIV./2.

chart., saec. XV. ineunt., ff. 139, 21·4 × 14·5 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus: „Scripta in dialecticam“.

1^a—12^b [**Tractatus de suppositionibus.**] „Circa tractatum de suppositionibus est primo notandum in generali...“

13^a—21^a [**Tractatus de ampliationibus.**] „Consequenter dicendum est de ampliationibus et primo premittenda est diffinicio...“ × „Explicant ampliations B. mgri Marsili.“

21^a—30^b [**Tractatus de restrictionibus et appellationibus.**] „Postquam determinatum est de ampliationibus et suppositionibus, restat nunc dicere de restrictionibus...“ — „Explicant appellaciones B. mgri Marsili etc.“

31^a—68^b [**Tractatus de consequentiis.**] „Tractaturus de consequentiis tenebo Dei adiutorium...“

69^a—70^b vacant.

71^a—93^b [**Quaestiones super parvis loycalibus.**] „Circa principium parvorum loycalium queritur primo...“

93^b—101^a [**Tractatus de ampliationibus.**] „Circa tractatum de ampliationibus...“

101^b—104^b [**Tractatus de appellationibus.**] „Circa tractatum de appellationibus...“ × „Et sic est finis appellacionum.“

104^b—116^b [**Tractatus de consequentiis.**] „Et habet textus...“ × „Explicit secunda pars consequiarum...“

116^b—117^a „Circa secundum tractatum consequenciarum . . .“
 117^b vacat.

118^a—123^b [Petri Hispani (?) Tractatus de suppositionibus cum annotationibus marginalibus et interlinearibus.] „Eorum, que dicuntur sine complectione . . .“

123^b [Conspectus variorum generum habitus.]

124^a „Ars est habitus intellectualis . . .“

125^a „Supposicio est terminus stans pro se . . .“

127^a—139^b [Petri Hispani (?) Tractatus de suppositionibus cum annotationibus marg. et interl.] „Expedit, ut terminorum accepcio lucide cognoscatur . . .“

1389

M. XXXV.

chart., 1453—1454, ff. 344, 21·5 × 15·3, invol. antiquum simplex.

1^a—14^a [Dubitaciones circa universalia.] „Circa universalia sunt dubitaciones non paue . . .“

15^a—63^b [Quaestiones super libro Porphyrii.] „Circa inicium libri Porphyrii movetur primo questio ista: utrum logica sit sciencia specialis . . .“
 × „secundum rem etc.“

64^a—105^a [Quaestiones super libris praedicamentorum Aristotelis.] „Circa inicium libri predicamentorum Aristotelis movetur questio talis: utrum de predicamentis sit sciencia racionalis . . .“ × „et sic est finis predicamentorum.“

105^b—106^a vacant.

106^b—117^a [Quaestiones super libris sex principiorum Gilbert Porretani.] „Circa inicium Libri sex principiorum Gilberti Porretani primo movetur questio talis: utrum preter ea que dicta sunt . . .“ × „Et hec do questione et per consequens de toto libro sex principiorum Gilberti Porretani etc.“

117^b—123^b [Quaestiones super libro divisionum Boethii.] „Circa inicium libri . . .“ × „Et sic est finis in die sancti Blasii . . . post tactum hore decimae. Dni M^oCCCC^oLIII^o.“

124^a—151^a [Quaestiones super libro periheremnias Aristotelis.] „Circa inicium primi libri periheremnias movetur . . .“

151^b—152^b vacant.

153^a—193^a [Quaestiones super libro priorum Aristotelis.] „Circa inicium primi libri priorum . . .“ × „Explicit liber priorum analeticorum.“

193^b—240^b [Quaestiones super libro posteriorum Aristotelis.] „Circa inicium libri posteriorum Aristotelis . . .“

241^a—275^a [Quaestiones super libris topicorum Aristotelis.] „Circa inicium primi libri Topicorum . . .“ × „Et sic est finis quarti libri Topicorum.“

275^b—278^b vacant.

279^a—304^b [Quaestiones super libris elenchorum Aristotelis.] „Circa inicium primi libri Elenchorum . . .“

305^b—318^b vacant.

319^a—330^a Franciscus de Maronis: Vineulum. „Ab inicio et ante secula creata sum. Ecclesiastici vicesimo quarto. Quia ergo nulla alia ante secula

fuit . . . “ × „Et sic finitur tractatus qui vocatur vinculum fratris Francisci de Maronis doctoris sacre theologie ordinis minorum de esse essencie et existencie.“

330^b [Conspectus divisionis universalium.] — 331^b [Conspectus divisionis praedicationis.]

332^a—344^a **Nicolaus Bonetus: Super metaphysicam.** „Cum omnis noticia preexigat omnino scire interpretaciones terminorum . . .“ × „Explicit excerptum quoddam fratris Nicolai Boneti ordinis fratrum minorum super metaphysicam scriptum per Johannem de La...cz f. IIII. ante Valentini anno nativitatis Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto ante Septuagesimam.“

1390

M. XXXVI.

chart., 1360, ff. 97, 21·2 × 15·3 cm, invol. antiquum simplex.

1^a—2^a annotationes variae de philosophia.

2^b—48^b **[Petri Hispani Liber introductorius in totam logicam.]** „Uniuscuius rei vera cognitio . . .“ × „Anno ab incarnationis [sic] Dni M^oCCCLX^o kl. Decembbris completum est opus istud in die sancte Cecilie Amen. Amen. Explicit opus tractatum . . . [erasum]. Dentur pro penna scriptori celica regna. Amen.“

49^a—60^a **[Martinus Daeus: Commentum modorum significandi.]** „In libro ethicorum scribit philosophus unam propositionem: Bonum est, quod omnia appetunt . . .“

60^a—64^a [Variae annotationes philosophiam concernentes.] „Sapiencia in tribus consistit . . .“ — „Anima que a primeva etc. hanc propositionem scribit Boecius in arismetica sua . . .“ — „De Bocardo . . .“ — „Sophisma . . . e. a.“

64^b—65^a **[Accessus in Algorismum.]** „Ad algorismum. Sicut dicit philosophus in libro topicorum sciencia est bonum . . .“

65^a—65^b **[Accessus in grammaticam Henrici de Vratislavia.]** „Immutemur habitu. Sed grammatica est quidam habitus . . .“

65^b **[Accessus in grammaticam Thomae Herbipolensis.]** „Thezaurizare vobis thezauros . . .“

66^a **[Accessus super declarationibus intentionum.]** „Egredietur virga de radice Yesse . . .“

66^a **[Accessus ad libros veteris artis.]** „Seneca dicit in quadam epistola ad Lucillum . . .“

66^b—67^a **[Accessus ad logicam.]** „Accedite ad eam et illuminamini . . .“

67^a—67^b **[Accessus ad libellum introductorium de syllogismo sophistico Ulrici Wiennensis.]** „Scire malum non est malum, sed operari . . .“

68^a—69^a **[Accessus varii ad logicam et grammaticam.]**

69^b—81^b **[Accessus ad dialeeticam.]** „Alforabius dicit in de ortu scientiarum: grammatica est principium scientiarum . . .“

81^b Annotatio de Baroco.

82^a—84^a **[Accessus ad grammaticam super libro mgri Ludolfi de Lucowe.]** „Revela veteris velamen littere . . .“

84^a—87^a variae annotationes philosophicae.

87^b—91^b [Accessus ad grammaticam.] „Sicut ait philosophus VI. Ethicorum scientia est . . .“

91^b—92^b Accessus reportatus a magistro Algozo super doctrinale. „Philosophus scribit unam propositionem in primo methaphysice: Humana natura est multipliciter serva et ancilla . . .“

93^a—94^a [Accessus ad grammaticam.] „Quoniam scientia humani generis est corruptibilis . . .“

94^a—96^a [Accessus varii ad grammaticam.]

96^b—97^a varia annotationes philosophiam concernentes.

1391

M. XXXVII.

chart., 1480—1484, ff. 453, 21·6 × 15·5 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

Operculo sup. intrinsecus adglutinatum est fragmentum membr. psalterii saec. XIII.

In folio praeligato fragmentum cuiusdam scripti de grammatica.

1^a in marg. sup.: „Alexii Baccalarii“.

1^a—29^b Quaestiones super parvis logicalibus. „Circa initium sciencie parvorum logicalium . . .“

30^a vacat.

30^b—38^a Thomas Maulevelt: Quaestiones super libro suppositionum. „Circa initium libri suppositionum . . .“

38^b—42^b Quaestiones in librum confusionum. „Circa initium libri confusionum . . .“

42^a—46^b Quaestiones in librum consequentiarum. „Circa initium consequenciarum . . .“

47^a—47^b Quaestiones super libro scientiae Richardi Billingham. „Circa initium sciencie libri Biligam . . .“

48^a—52^b vacant.

53^a—79^a [Super tractatu mgri Petri Hispani de syllogismo dialectico.] „Ave Maria gracia plena. Terminatus tractatus mgri P. H. Ratio multis modis dicitur . . . Iste est quintus tractatus sumularum mgri philosophie Hys[pani] . . .“ × „Et hec de locis dyialecticis dicta sufficient. lache lip lache. Amen.“

74^a: „lache liep lache“ — „Swagfrcze mily tif muy a ja twy.“

79^b—81^b vacant.

82^a—102^b Super tractatu Petri Hispani de syllogismo sophistico. „Iste est tractatus Petri Hispani. Postquam determinavit in quinto tractatu . . .“ × „Et hec de syllogismis dicta sufficient. Georgius. Explicit quintus tractatus per manus Johannis de Plana Bohemie in scola plznensi hora XXIII. anno Domini M^oCCCC^oLXXX.

102^b Delineatio calamo elaborata et rubro colore picta cuiusdam urbis cum ponte.

103^a—106^b [Super tractatu suppositionum Petri Hispani.] „Eorum, que dicuntur, quedam . . . Iste est tractatus suppositionum P. H. . . .“ × „Et hec de suppositionibus dicta sufficient.“

106^b—110^b [Super tractatu de relationibus Petri Hispani.] „Relatum est... Iste tractatus P. H....“

111^a—112^a [Super tractatu de appellationibus.] „Appellacio est accepcio termini... Iste est tractatus quartus parvorum logicalium...“

112^a—115^b [Super tractatu de restrictione Petri Hispani.] „Restriccio est coarctacio termini... Iste est tractatus ultimus...“ × „Et hec dicta de restriccionibus sufficient et per consequens de toto libro summularum magistri Petri Hispani Amen. Et sic est finis huius operis f. VIII. post festum sancti Rokiczani.“

115^b in marg. „Poctiwey pani Dorothie nini przebiwagicze na przedhrady miesta Olomucze, matcze m...“

116^a—161^b Super tractatibus Petri Hispani de parvis logicalibus. „Eorum que dicuntur quedam dicuntur cum. Sequitur septimus tractatus summularum magistri Pe[tri] Hi[spani]...“ ×

162^a—163^b vacant.

164^a—183^b [Super tractatu parvorum logicalium.] „In nomine Domini Amen. Cuius nutu sermo accipiet graciam et doctrinam. Ex quo noticia parvorum logicalium est pars logice doctrinalis...“

184^a—216^a [Super tractatu de suppositionibus.] „Supposicio simplex...“

216^b—239^a [Quaestiones super libro confusionum.] „Circa inicium libri confusionum...“

239^b—257^b [Quaestiones super libro consequentiarum.] „Circa initium libri consequentiarum...“

258^a—276^b Quaestiones super libro scientiae Richardi Billingham. „Circa inicium sciencie libri Biligam quaeritur primo...“

276^b—278^b Variae annotationes philosophiam concernentes.

279^a—281^b Epistolae Aeneae Sylvii. „Nepoti suo Antonio Eneas...“

282^a—283^a Oratio Hilarii de Lithomericz ad studiosos. „Oracio H. de Lithomericz, decretorum bacc. Non parva forte quempiam vestrum admiracio capiet...“

283^b—284^a „Julianus Kardianus Sauli doctissimo Enee Silvio...“ — „S. q. d. Etsi pluribus negotiis implicitus existem...“ „Datum Bononie die XVII. mensis septembbris anno Domini etc. LXXVI [1476] accelerante inimico.“ — „P. E. scolares Bononienses Acutissimo et exerotatissimo viro M. C. preceptorи sibi plurimum observando. Causa coniugii non est ab amore excusacio recta...“

284^b [Augustini Dathi epistola.] „Eruditissimo viro Petro Hispalensi, fratri et amico precipuo. Dulcissime et precare frater salve...“ [Cfr. Augustini Dathi Opera 1516 f. III.]

284^b—285^a „Vellem equidem, incliti patres et cives singularissimi...“

285^a [Bohuslai de Lobkowicz Epistola ad Johannem de Krumlow, decanum Pragensem.] „S. p. d. Accepi litteras tuas pater optime...“

285^b „Honorabili patri domino Johanni de T[abor], ecclesie beatissimi Stephani in L[itomericz] decano... Veteris illius amoris...“ — „S. p. Universos litterarum atque bonarum arcium amatores...“

285^b—286^a [Leonardus Brunus] „Commendacio et conservacio a magistro discipulo recedente. Solent qui errati veniam petunt...“ [Cfr. „Epistolae“ 1741 II., pag. 170—1.]

286^a [Augustini Dathi epistola.] „N. Datus P. Stephaniste S. Cum nostram considero . . .“ (Cfr. Augustini Dathi opera 1516, f. 105^v.)

286^a—286^b „P. d. R. Salutem p. d. temetsi multis veris argumentis . . .“

286^b „Amoris vinculum cum salute. Cogit me mutua inter nos dileccio . . .“

286^b „Seipsum totum ad quevis obsequia paratissimum. Vereor vir probatissime . . .“ × „Paulus doctor . . .“

287^a „Seipsum ad quevis obsequia paratissimum. Accepi vestras litteras . . .“ × „officium ac munus canonicatus in civitate vestra Nova Pl[aza] pro festo s. G. indubie assumere statuo . . . P. C. in C. w [Crumlow].“ [Cfr. 420^a.]

287^b „M. G^o curioni s. d. Epistolarum genera multa esse non ignores . . .“ [cum notis interlinearibus].

288^a „S. p. d. Quemquem hii . . . cum Epicuro, quem dicere magistrum iocunditatis . . .“

288^b—290^b **Epistola Aeneae Silvii de remedio amoris.** „Epistola Enee Silvii poete laureati pii pape 2. de remedio amoris incipit. Eneas Silvius poeta Ypolito mediolanensi . . .“

291^a—331^a **Aesopi fabulae cum commentario marginali et interlineari.** „Incipit Apologus Ezopi, in quo parvuli instruuntur . . .“ — „Ut iuvet et prospicit . . .“ × „datque quod intus habet. Et sic est finis 1484 per me A I v Ak.“

In marginibus delineationes calamo elaboratae.

331^b—363^b **Aviani fabulae cum commentario marginali et interlineari.** „Liber apologetorum Aviani incipit foeliciter . . .“ — „Rustica deflenti pueri . . .“ × „Explicit Avianus liber apologetorum 1485.“

364^a—395^a **Aeneae Silvii Libellus de curialium miseria** [cum praefatione Joannis Philippi de Lignamine]. „Johannis Philippi de Lignamine Siculi, s. d. n. familiaris, ad reverendissimum dominum dominum Franciscum Picolomineum cardinalem Senensem . . .“ × „Per me Bartholomeum.“

395^b—418^a **Aeneae Silvii Historia de duobus amantibus.** „Epistola Enee Silvii ad Marianum . . .“ × „Elegantissimi Enee Silvii sive pii pape secundi poete laureati de duobus amantibus historia finit fauste. Et sic est finis.“

418^b **Aeneae Silvii Epistola ad nepotem Antonium.** „Eneas nepoti suo Anthonio . . .“

419^a „Dilectissime atque suavissime frater . . . Tue mihi littere ydibus mays . . .“ — „Seipsum totum ad quevis obsequia paratissimum. Vereor vir probatissime.“ — „Amoris vinculum cum salute. Cogit me mutua inter nos dileccio . . .“

419^b „N. P. fratri suavissimo s. p. Forte preteritis diebus . . .“ — „N. da Ste. fratri dulcissimo s. p. Ach que te demencia cepit . . .“ — 420^a „P. Ste . . . ta N. S. Si vivere dulce est . . .“ — „Seipsum ad quevis obsequia paratissimum. Accepi Reverencie litteras . . .“ × „B. C. in C. vester ad omnia.“ [Cfr. pag. 287^a.]

420^b „Aeneas Silvius Joanni Ptolomeo patruo suo.“ „Elegisti ut audio . . .“

421^a [Augustini Dathi epistola.] „Doctissimo viro tamquam filio domino Petro Stephaniste Hyspano Augustinus affectum tamquam primum . . .“

421^b „Cum nuper Jherosolimas simul proficisci eremur . . .“

422^a—453^b Augustini Dathi Praecepta artis oratoriae cum commentario marginali et interlinear. „Credidimus iam dudum a plerisque viris . . .“ × „Hec precepta Augustini Dati Senensis oratoris primarii ad Andream domini Cristofori fauste feliciterque finita . . . in studio alme universitatis Cracoviensis . . .“

1392

M. XXXVIII.

membr., ff. 1—15 *primum dim. saec. XIV.*, ff. 17—54 *saec. XIII.*, ff. 54, 23·4 × 16 cm, *invol. antiq. simplex membr.*

1^a—15^a [Super libro Aristotelis Perihermeneias.] „Sicut in subiectis diffinitur sentire apprehendere . . .“ × „sunt principia omnium ceterorum. Amen.“

15^b—16^b vacant.

17^a—54^b [Boethii Commentarius in Aristotelis Praedicamenta.] „Expeditis . . .“ × 32^b „Explicit liber primus commentariorum Boecii in categoriis.“ — 54^b „. . . non autem hoc aut illud.“

In fol. praeligato pars Calendarii (November) saec. XIII. scripta. — Pagina altera, in qua fuerat „December“, abstera et repleta annotationibus saec. XIV. cursim scriptis.

1393

M. XXXIX.

chart., *primum dim. saec. XV.*, ff. 179, 21·2 × 15 cm, *invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio affabre confecto.*

In operculo sup. intrinsecus contenta libri („Exercitium priorum Aristotelis. Sophismata Alberti omnia“).

1^a—117^b Quaestiones super i. priorum Aristotelis. „Circa librum priorum Aristotelis movetur questio talis: Primum videndum, utrum de syllogismo . . .“ × „hec de questione 22ma et ultima tocius libri priorum.“

118^a—119^a vacant.

119^b Annotaciones de syllogismo.

120^a—177^a Alberti Sophismata. „Incipiunt sophismata Alberti. Circa inicium sophisticè queritur . . .“ × „Expliciunt sophismata Alberti disputata a magistro Heynrico Margburg.“

178^a—179^a [Initium tractatus Petri Hispani de rebus incomplexis.] „Predicabile quandoque . . .“ — „Postquam magister P. Hy. in primo tractatu . . .“

In folio operculo inf. adligato Joh. 16, 16—22.

In operc. inf. intrinsecus: „Sigismundus Palicz est possessor huius kartasie a anno Dni M^o quadringentesimo sexagesimo sexto.“

1394

M. XL/I.

chart., *primum dim. saec. XV.*, ff. 280, 21·5 × 15·2 cm, *invol. antiq. cum impressis ornamenti (leo boemicus et aquila herald.).*

Commentarius super logicam Aristotelis. „Quia secundum philosophum primo physicorum innata est nobis via . . .“

250^a a rubricatore scriptum: „pani kraffna matko Maria.“

1395

M. XL./2.

chart., 1450—1452, ff. 316, 21·8 — 15·7 cm, invol. antiquum simplex, frontes libri pictae.

Operculis adlig. sunt fragmenta membr. cuiusdam scripti philosophici commentati saec. XIV.

In folio praeligato primo registrum libri. Folio verso conspectus habituum.

In f. praeligato altero monogramma calamo delineatum (i h c).

1^a—50^a **Quaestiones super libro Porphyrii.** „Circa librum Porphyrii movetur primo questio ista: utrum logica sit sciencia specialis . . .“ × „Et sic est finis impositus a. D. M^oCCCC^oL^o f. IIII. post. Lauren.“

50^b Conspectus praedicamentorum.

51^a Variae annotationes philosophicae.

51^b—53^b vacant.

54^a—98^a **Quaestiones super l. praedicamentorum Aristotelis.** „Circa inicium predicamentorum Aristotelis movetur primo questio ista: utrum de predicamentis sit sciencia rationalis . . .“ × „Ineffabilis excellentissime bonitatis divinitatisque inestimabilis excolacione ad resumptionis extreum questionum libri presentis pertingentes que peracta est subtiliter et admodum ingeniose per reverendum mgrm. Stanislaum de Welwara, qui ob suavissimorum dulcissimorumque fructuum vehementem amorem cum laborum fatigacionumque magnis impensis durissimum prolixumque iter arripiens multis calamitatibus oppressum ad parisiense studium peragravit, ibidemque citra duos annos mansionem surripiens, propter eius diligentem studii insudacionem corona magistri coronatus est. Huius libri extreum resumptionis per suprascriptum mgrm. adepti sumus anno M^oCCCC^oLII^o in die Donati. Et eadem die consodalis fraterque dilectissimus meus F. K. licenciam a consodalibus nacionis Bohemorum domus Reczek accipiens, religionem demum ingressus est ordinis Slavorum.“

99^a—112^a **Quaestiones super Gilberti Poretani libro sex principiorum.** „Circa inicium sex principiorum Poretani episcopi movetur primo questio talis: utrum preter ea, que sunt in libro predicamentorum . . .“ × „Ad preoptati finis declaracionis apprehensionem sufragio principis eterni domini . . . Hec enim peracta sunt currente anno D. M^oCCCC^oLII^o dieque f. II. post Gregorii. Tunc temporis eciam finitum est examen baccalarium studii Pragen . . . super nos omnes virtute superavit“ [Pars huius scripta est litteris glagoliticis.]

112^a—148^a **Quaestiones super l. Aristotelis Perihermeneias.** „Circa inicium primi libri Peryermenias movetur prima questio talis: Utrum de enunciacione possit esse sciencia ab aliis distincta . . .“

148^b—149^b vacant.

150^a—157^a **Quaestiones super Boethii l. divisionum.** „Circa inicium libri divisionum Boecii movetur primo questio talis: Utrum de divisibili sit sciencia

ab aliis distincta . . .“ × „Laus resonet alte Trinitati eiusque excellentissime bonitati, cuius e condonacione pia adiutrix fuit virgo Maria nos ad finem properare mediumque letum condonare; fac nos tibi Christe auscultare et virginis tuae carae semper grates decantare.“ [Hoc totum „explicit“ scriptum est litteris glagoliticis.]

157^b vacat.

158^a—205^b **Quaestiones super libris Priorum.** „Circa inicium primi libri Priorum movetur primo questio talis: Utrum de syllogismo simpliciter sit scientia tamquam de subiecto attribucionis huius libri . . .“ × „feria tercia post Assumptionem Beatissime M. virginis a. D. MCCCC⁰L⁰ hora 24, pro quo fine sit Dominus benedictus in secula seculorum Amen.“

206^a vacat.

206^b—207^a „Nota quod sciencie se habent tripliciter . . .“

207^b vacat.

208^a—252^b **Quaestiones super libris Posteriorum.** „Circa primum librum Posteriorum movetur questio talis . . .“

253^a vacat.

253^b—290^a **Quaestiones super libris Topicorum.** Circa inicium primi libri Thopicon queritur primo: utrum de sillogismis dyalectice sit scientia . . .“

290^b—316^b **Quaestiones super libris Elenchorum.** „Circa inicium primi libri Elencorum Aristotelis movetur primo questio talis. Utrum de elenco sophistico sit scientia specialis . . .“

Initiales litterae pictae.

1396

M. XLI./1.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 215, 20·7 × 14·8 cm, integumentum antiquum membr. cum dorso e corio confecto.

[**Commentarius in universam logicam.**] „Unde est sciendum, quod scientia dividitur . . .“ × „capuciatus.“

1397

M. XLI./2.

chart., 1607, ff. 20·8 × 16·3 cm, invol. coaet. cum impressis ornamentis.

In f. praeligato: „Ex libris Caspari Richter Silesii Patskoviensis, quem anno 1607 Pragae absolvit.“

1^a—312^a **Commentarius in universam logicam.** „Quoniam communis est philosophorum sentencia . . .“ × „Ipsa die D. Agapiti anno 1607 18. Augusti hora 8. antemeridiana.“

312^b vacat.

313^a—318^a Index.

1398

M. XLII.

chart., 1578—1579, ff. 406, 19·7 × 15·4 cm, invol. coaet. cum impressis ornamentis.

In folio praeligato: „Ad laudem et gloriam SS. Trinitatis 15. die Decembris anni 1578. Dirige navis iter superum regnator aquarum; hoc opus, hoc studium, dirige navis iter“. — Folio verso: „R. P. Edmundus Campianus, discedens Praga, scripta in logicam Aristotelis (quam ipse dictaverat) in sui laboris memoriam a discipuli petiti: obtulit ei sua Adamus a Winorzie, et paulo post mortuo Casparo Brzisky, alumno S. Pontificis, haec illi cesserunt.“ — „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg praepositi pragen.“

1^a in marg. sup.: „Dictata R. P. Edmundi. In Collegio caesareo Societ. Jesu Pragae.“

Edmundi Campiani Dictata in logicam Aristotelis.

43^a „Finis introductionum Porphyrii 16. die mensis Januarii anno 1579 I. D. et B. v....“ — 43^b—44^a „Anno Domini 1579 21. die Novembris affectus fuisse perniciosa quadam ignominia cum sociis meis charissimis atque dilectissimis... nisi propter Deum nos humiliavissimus... Sub Paulo Campano Italo eo tempore rectore Pragensi. At sicut unum membrum languentibus aliis alteri compatitur, ita vehementer doleo de tuo non dispari casu, frater charissime Wenceslai Plsnensis...“ — 46^b „In librum Aristotelis de Categoriis.. A. D. MDLXXIX. 22. Januarii.“ — 176^a „Finitus mense Martio a. D. 1579.“ — 406^b „Finis universae logicae... a. MDLXXIX. 14. mensis Julii.“

1399

M. XLIII.

chart., 1432, ff. 129, 21·3 × 15 cm, invol. antiq. membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus contenta libri. Intrinsecus: „Alexii Baccalarii.“

1^a—102^b **Paulus Venetus (de Venetis): Compendium logicae.** „Conspiciens in circuitu librorum magnitudinem...“ × „Regule [...] in logicam introductory sic collecte per egregium sacre page professorem m. Paulum Venetum ordinis heremitarum s. Augustini summi philosophi expliciunt feliciter 4. Nonis Marcii 1432 anno Christi.“

103^a—111^b **Eutisberi tractatus de sensu composito et diviso.** „Arguendo a sensu composito...“ × „Explicit tractatus Eutisberi de sensu composito et diviso; in Dei laudem completus Padue 4. kal. April. 1432 a.“

111^b—116^b **Paulus de Pergula (Pergulensis): Tractatus de sensu composito et diviso.** „Incipit alias tractatus collectus per mgrm. Paulum de Pergula. Cum sepenumero cogitarem...“ × „Explicit tractatulus de sensu composito et diviso breviter et utilissime collectus. Scriptus Padue et terminatus 3^o kl. Aprilis, qui fuit dominica Letare a. Christi 1432 currente.“

117^a—125^b **[Tractatus de intentionibus et universalibus.]** „Teste Avicenna logica sciencia...“ × 124^a (explicit textus:) „Et hec de clave intentionum sine preiudicio meliorum dicta sufficient...“ (explicit annotationum:) „quorum necessitatem et distinctionem docet Albertus.“

126^a—128^a vacant.

128^b **[Ques tiones de intentionibus.]** „Questio: utrum intencio generis possit significari...“

129^a vacant.

129^b „Nota quod intencio communis...“

1400*M. XLIV.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 106, 21 × 14·5, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

Lectura super tractatibus Petri Hispani de logica. „Circa inicium primi tractatus ipsius Petri Hispani nove loyce. Aliqua facilia propono colligere . . .“
× „et sic est finis de sylogismis. Deo gracias.“

106^b *Conspectus quatuor virtutum cardinalium.*

1401*M. XLV.*

chart., 1613, ff. 314, 20·4 × 16·1 cm, invol. coactaneum cum impressis ornamentiis.

In operculo sup. extrinsecus impressum: „M L A A MDCXV.“

1^a—7^a *Index.*

9^a—314^a *In universam Aristotelis logicam commentarii autore R. P. Daniele Kirchner Societatis Jesu in alma academia Pragensi philosophiae professore.*

297^b: „Haec logica dictata est per Rdm. Prem Danielem Kirchner, scripta vero a Leonardo Alexio Acetide a secunda Januarii usque ad septimam Augusti a. M. DCXIII.“

1402*M. XLVI.*

chart., 1634, ff. 154, 19 × 15·8 cm, invol. antiq. simplex.

1^a „Ἄρχη σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον. Pragensis academia fundata est 1358 ad exemplum Parisiensis . . . Viennensis academia in Austria fundata est . . .“

2^a—107^a *In universam Aristotelis Stagyritae logicam commentarius in alma ac celeberrima academia Pragensi sub adm. rdo Patre Matthia Messe a partu virginis MDCXXXIV die XX. Januarii exceptus a Joanne Leopoldo Hoffmann Schönbergensi Boemo Sac. Caes. Mai. alumno.*

107^b „FerDInanDVs tertIVs nItentI sago VenIt, VIDIt VICIt.“

108—121 *introligatus libellus 15·5 × 9·8 cm) inscriptionum a condiscipulis Ioannis Leopoldi Hoffmann in memoriam scriptarum.*

122^a—154^a *Introductiones in universam Aristotelis logicam, quas alli Summulas vocant. „Nunquam tritam sed novam ingressuri viam . . .“*

1403*M. XLVII.*

chart., 1650, ff. 113, 19·2 × 15·2 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentiis.

1^a—112^a *Logica practica tradita a Reverendo Patre Joanne Saxio Societatis Iesu sacerdote, AA. LL. et philosophiae magistro in universitate Pragensi, eiusdem facultatis professore ordinario, recepta vero a Philippo Iacobo Francisco Adauto Tynhorssoviense Boëmo anno MDCL.*

112^b—113^a *Gradus cognacionis (conspectus).*

1404*M. XLVIII.*

chart., 1603, ff. 257, 19·7 × 15·2 cm, invol. coaetaneum cum impressis ornamentis.

In operculo superiori impressum: „ACK 1603.“

1^a—255^b **Commentaria in universam Aristotelis logicam inchoata anno a partu Virginis MDCIII die 2. Januarii.** × „Finis feliciter auspice Deo impo-
situs est Nonis Septembris anno eiusdem . . .“

256^a—257^a Index.

206^a delineatio calamo elaborata: „Pons asinorum.“

1405*M. XLIX.*

chart., 1603, ff. 323, 18·5 × 16·3 cm, invol. coaetaneum cum impressis ornamentis.

In f. praeligato: „Incepi hunc librum scribere mense octobri die 20. anno 1603 dictante atque profitente admodum reverendo Patre Societatis Jesu Valentino Coronio, cuius vitam per multos annos Deum optimum maximum servare desidero.“

In universam Aristotelis logicam commentarius.

1406*M. L.*

*chart., primum dim. saec. XVII., ff. 273, 19·7 × 16 cm, invol. coae-
taneum cum impressis ornamentis.*

In f. praeligato: „M. Bartholomaeus Rottlender.“

In universam Aristotelis Stagiritae Logicam commentarius. „Praefatio.
Ad maiorem gloriam Dei . . . aggredimur commentarios in Aristotelis Stagy-
ritae organum . . .“

184^a „Fauste et feliciter finitum est 13. Iunii dictante R. P. Michaelie
Hagen, pro tempore Academiae Pragensis cancellario, eiusdemque prae-
fecto.“

1407*M. LI.*

*chart., 1582—1583, ff. 194, 19·9 × 16 cm, invol. coaetaneum cum im-
pressis ornamentis.*

In operc. sup. extrinsecus: M P L B.

In f. praeligato: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg,
praepositi Pragen.“

1^a in marg. sup.: „Ex libris M. Martini Pfeifferi Braunoviensis.“

Commentarius in logicam Aristotelis.

1^a „Anno Dni 1582 21. mensis Maii.“ — 11^a „Finis anno 1582 29 mensis
Maii.“ — 28^b „Et haec in Porphyrium 19. Junii a. D. 1582. His finitis inter-

ruptus est cursus propter pestem, quae sevire tunc temporis Pragae incipiebat, ac Plsnam translatus est.“ — 29^a „Plsnae a. 1582 12. die Julii“. — 60^a „Anno salutis 1582 in vigilia assumptionis Beatae Mariae semper virginis, hoc est 14. die mensis Augusti hora 12. Plsnae finita sunt. Dum lectionibus istis finis impositus est, secundo hic interruptio, magno cum luctu tum studiosorum tum magistri facta est propter eandem contagiosam tabem, quae semina sua paulatim etiam Plsnae spargere incipiebat, et ita in universum sunt dimissi.“ — 60^b „Professor lectionum praecedentium H. M. M a u r i t i u s vitam cum morte commutavit ac pie defunctus est Nepomuci, aliter in Viridi Monte dictum, sub ditionibus D. D. Georgii a Sternbergk, in vigilia Omnium sanctorum a. 1582“. — 61^a „Anno Dni 1583 16. Cal. Martii 14. Febr.“ — 86^a „Finis impositus est huic libro 1^o Perihermenias Sabbato ante Dominicam Laetare a. 1583 7. Idus Martii h. 9. die Martii 7.“ — 86^b „A. 1583 11 die Martii.“ — 105^a „Finitus est secundus liber Perihermenias anno Dni 1583 5. Id. April. h. 9. eiusdem mensis . . .“ — 106^a „A. 1583 3. Id. Apr. 11. April“ — 126^a „Finitus est iste 2. liber Priorum Anal. Aristotelis Idibus Maii h. 15. die eiusdem mensis . . . a. 1583“. — 155^b „Anno salutis nostrae 1583 6. Cal. Augusti h. 27. die Iulii“. — 163^a „Anno salutis humanae Millesimo quingentesimo octuagesimo tertio decimo sexto calendis Septembbris h. decima septima die mensis Augusti . . .“

164^b—187^b vacat.

188^a—194^a **Assertiones logicae.** [Cum nominibus defendantium et oppugnantium.]

1408

M. LII.

chart., 1413—1414, ff. 113, 21·4 × 15 cm, invol. antiqu. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus contenta libri. — Intrinsecus fragmentum cuiusdam cancionis lat. cum notis musicis.

In folio praeligato: „Alexii Baccalarii.“

1^a—60^a **Petri Thome Formalitates.** „Ad evidenciam distinctionis omnium predicamentorum . . .“ × „Explicant formalitates Petri Thome ordinis minorum scripte per me fratrem Johannem de Budyssin in Praga in die s. Margarethe a. D. 1414 valde festinanter. Sey got gelobet. Amen.“

60^b vacat.

61^a—87^a **[Quaestiones philosophicae.]** „Utrum intellectus creatus producat rem intellectam . . .“

87^b **[De idea.]** „Ydea est eorum, que sunt, exemplar . . .“

88^a—105^b **Francisci de Maronis Tractatus de relationibus.** „Circa distinctionem 29 . . .“ × „Explicant formalitates egregii doctoris Francisci de Maronis . . . a. D. 1413 in vigilia apostolorum Petri et Pauli. Laus Deo.“

106^a—113^a **[Quaestiones philosophicae.]** „Utrum conceptus entis sit cognoscibilis ex aliis . . .“

1409

M. LIII.

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 60, 21 × 15 cm, invol. antiquum simplex membr.

Commentarius in librum topicorum Aristotelis. „Propositorum quidem negotiorum etc. Supposito que causa materialis . . .“

In operc. inf. intrinsecus: „Reverendo in Christo patri ac Domino suo Joanni Dei gratia Olom. ecclesie episcopo Mar[cus] canonicus suus . . .“

1410*M. LIV.*

chart., primum dim. saec. XV., ff. 210, 20·7 × 15·5 cm, invol. antiqu. membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus contenta libri.

In f. praeligato: „Alexii Baccalarii.“

1^a—106^a **Tractatus de universalibus.** „Libellus de universalibus continet quindecim capitula . . .“ × „Pono finem huic superficiali tractatui de universalibus, ad alios tractatus de rebus prime intentionis, ad quarum noticiam summa ista aperit, agressurus etc. Amen.“

106^b—108^b vacant.

109^a—144^b **Tractatus de ideis.** „Tractando de ydeis primo oportet querere . . .“ × „habet ydeam propriam in Deo. Et sic finitur. Amen.“

145^a—169^b **Tractatus de materia et forma.** „Cum materia et forma sint universalia mundi principia . . .“ × „Explicit tractatus de materia et forma . . .“

170^a—210^b **Tractatus de indivisione temporis.** „Capitulum primum supponendo tempus esse, declarat . . .“ × „Explicit tractatus de indivisione temporis.“

Operculo inf. adligatum est fragmentum chart. cuiusdam scripti lat. de syllogismis.

1411*M. LV.*

chart., 1455, ff. 119, 22·1 × 16 cm, invol. antiqu. membr. e fragm. cuiusdam scripti juridici saec. XIV. confectum.

1^a—13^b **Quaestiones super librum de causis.** „Circa inicium libri de causis assumitur talis proposicio . . .“ × „acceptabilem. Et sic est finis.“

14^a—17^b **[Tractatus de esse et essentia.]** „Utrum in rebus creatis esse et essentia differant realiter . . .“

18^a—87^b **[De quibusdam problematibus philosophicis.]** „Cum animadverterem modernorum fragmenta a doctrina Aristotelis . . .“

88^a—88^b vacant.

89^a—110^b **[Tractatus de universalibus.]** „Quia ut habet philosophus in X. de animalibus desiderabilius est . . .“ × „hec igitur de universalibus sint in hac edicione dicta, de cuius consumacione sit ei laus, qui est universale bonum et omnis bonitatis fontanea . . . Amen.“

111^a—112^b vacant.

113^a—115^a **[Conspectus metaphysicae Aristotelis.]** „Sciencia metaphysicae ab aliis partibus philosophie distincta . . .“

115^b **[Synopsis l. Ethicorum Aristotelis.]**

116^a—119^b **[Variae annotationes philosophicae.]**

1412

M. LVI.

chart., 1485—1486, ff. 324, 21.7 × 15.2 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

In folio praelegato: „Alexii Baccalarii.“

1^a—88^b [Tractatus de libris physicorum, de coelo et mundo, de elementis e. a. cum notis marginalibus et interlinearibus.] „Natura est principium et causa movendi et quiescendi . . .“ × „solis, lunae et stellarum. Et sic est finis huius operis anno 1485.“

89^a—142^b [Tractatus de libris meteorologicorum.] „De primis quidem iste liber est naturalis philosophie in ordine quartus, intitulatus liber metheorum...“

143^a—143^b vacant.

144^a—170^a [Tractatus de potentiis.] „Sicut dicit Damascenus . . .“ × „qua bonum eligitur gracia asistente et malum gracia defendente indequo Deus glorus sit benedictus in secula seculorum Amen. MCCCCLXXXV^o.“

171^a—183^a Thomas de Aquin: De ente et essentia. „Quoniam parvus error in principio . . .“ × „Explicit tractatus de ente et essentia doctoris sancti Thome de Aquino fratrum ordinis predicatorum et filii comitis de Aquino . . .“

183^b—186^b [Quaestiones variae.] „Queritur utrum anima rationalis sit immortalis . . .“

187^a—188^b vacant.

189^a—197^b [Tractatus de philosophia.] „Ego sum via, veritas et vita. Johannis 14. Sanctus Johannes celestis cancelarius . . .“

197^b—242^b Alberti Magni Summa naturalium cum commentario. „Philosophia dividitur in tres partes . . .“ — „Iste liber totalis magni Alberti, qui intitulatur sumpna naturalium aut philosophia pauperum . . .“

243^a—244^b vacant.

245^a—279^b „Incipit secundus liber Alberti correspondens libro de coelo et mundo . . .“

280^a vacat.

280^b Variae annotationes.

281^a—285^b Liber posteriorum. „Incipit liber posteriorum feliciter. Omnis doctrina et omnis disciplina . . .“

286^a—287^a vacant.

287^b—324 [Tractatus de libro posteriorum.] „Iste tractatus correspondet libro posteriorum et ita antequam ad textum veniemus . . .“

1413

M. LVII.

chart., saec. XV., ff. 74, 21.7 × 15.6 cm, invol. antiq. e fragm. membr. grammaticae lat. saec. XIV. conjectum.

Operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam scripti philosophici saec. XV.

1^a—72^b Quaestiones primi et secundi libri physicorum. „Circa scienciam primi libri physicorum queritur utrum sciencia naturalis . . .“ × „Sub magistro

Conrado de Rotenburk. Cras hora sexta. Fridericus. — Explicant questiones
primi libri et secundi physicorum . . .“

73^b Variae annotationes. (Is. 9, 1—8 e. a. de Redemptore.)

1414

M. LVIII.

*chart., 1583—1584, ff. 208, 19·5 × 15·7 cm, invol. antiq. cum impressis
ornamentis.*

In folio praeligato: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg, praepositi Pragen.“

1^a in marg. sup.: „Ex libris M. Martini Pfeifferi Braunoviensis.“

1^a—4^b **Brevis explicatio eorum, quae in correctione calendarii servata sunt.**

1^a „A. [15]83 18. Decembris.“

4^b In fine: „Et hec dicta sint circa correctionem novi calendarii Anno 1584 21. Jan.“

5^a—8^b vacant.

9^a—140^a **Commentarius in libros physicorum Aristotelis.** „Nomen philosophiae compositum est ex φιλος et σοφια . . .“

9^a „Anno 1583 17. Junii.“

140^a in fine: „Et hec sunt, que circa 8 Physicorum libros dicenda sese offerebant hora 7 anno salutis nostrae 1584 2. die Maii, quae fuit s. Sigismundi et 4. feria post Dominica 4. pascham sequente, quae dicitur Cantate . . .“

141^a—142^a „Quaestio IX. Cal. Junii determinata. Anno 1584. Quaestio haec mihi a te R. D. promotor . . .“

142^b—144^b vacant.

145^a—168^a **Commentarius in primum et secundum librum Aristotelis Physicorum.** „De inscriptione octo librorum physicorum . . .“

168^b vacat.

169^a—192^a **Commentarius in quatuor de coelo Aristotelis libros.** In fine: „9. Novemb. anno 1583.“

192^b vacat.

193^a—197^b **Theses publicae 1583—1584 [cum nominibus defendantium et oppugnantium].** „Assertiones ex prolegomenis Physicae collectae . . .“

198^a—200^b vacant.

201—206 [libellus typis excusus:] **Carmina candidatis philosophiae académiae Pragensis Societatis Jesu dicata.** Pragae, excusum in typographia Georgii Nigrini. Anno MDXXCIV.

207^a Conspectus principiorum.

207^b—208^a Significationes et acceptiones variae naturae. (Conspectus.)

1415

M. LIX.

*chart., 1646—1648, ff. 77, 19·5 × 15·5 cm, invol. coact.; opercula frag-
mento membr. gradualis saec. XIV. inducta.*

Praeligatus libellus typis excusus: **Conclusiones ex universa philosophia**, quam in alma caesarea regiaque universitate Pragensi Societ. Jesu . . . sub auspiciis perillustris ac generosi D. Friderici Freisleben, de et in Biischoffen, Sacrae Caesareae Maiestatis iudicis regiae civitatis Iglaviensis . . . publice defendendam proposuit praeside R. P. Matthaeo Werner e Soc. Jesu . . . eruditus D. David Sigismundus Senst, Moravus Iglaviensis, AA. LL. et Philos. baccalaureus. Anno MDCXLVII . . . Typis Academicis. (Cum imaginibus: „C. Scretta fec. — Sam. Weishun sculp.“)

^{1a}—^{74b} **Compendium physicae a Reverendo Patre Matthaeo Vernerio Societatis Jesu traditum a. 1646 ac exceptum a Paulo Blutio physicae auditore simul et metaphysicae.**

^{75a}—^{75b} vacant.

^{76a}—^{77b} „Pro gradu magisterii existente me iam sacerdote anno 1656 prima quaestio ex logica fuit ista . . .“

^{77b} In fine: „Sub P. Vernerio tradita a. 1648 et acceptata in usum a me P. Francisco Paulo Blutio, vicario ad s. Vitum et promotum Art. LL. et Philosophiae magistrum a. 1656.“

1416

M. LX.

chart., 1651, ff. 156, 19 × 15·5 cm, invol. antiqu. simplex.

Physica tradita a Rdo Patre Ioanne Saxio Societatis Iesu Art. LL. et philosophiae magistro nec non professore eiusdem facultatis ordinario, recepta vero a Philippo Iacobo Erancisco Adaucto AA. LL. et philosophiae baccalaureo, gente Boëmo, patria Tynhorssoviense anno 1651 die 2. Maii.

^{156a} In fine: „Anno 1651 7ma Septembbris, horis pomeridianis.“

^{156b} „Theses de loco, tempore et continuo.“

In folio operculo inf. adligato: „Pythagoricae tabulae.“

1417

M. LXI.

chart., 1635, ff. 314, 19 × 15·5 cm, invol. coact.: opercula inducta sunt fragm. membr. cuiusdam scripti lat. theol. saec. XIV.

Operculo sup. adligatum est folium typis excusum exhibens nomina candidatorum, qui a. 1638 in universitate Pragensi suprema doctoratus philosophici laurea donati sunt.

^{1a} „*Laus laboris*“, excerptum ex commentario Antonii Mariae Speltae („Dum vires animique sinunt, tolerate labores . . .“)

^{1b} De physica.

^{2a}—^{314a} **In universam Aristotelis Stagyritae Physicam commentarius.** In alma ac celeberrima Caesarea Regiaque Universitate Pragensi sub reverendo patre Matthia Messe Societatis Jesu traditus anno a partu Virgineo 1635.

Operculo inf. adligatum est folium typis excusum (Pragae, typis Ioannis Bilinae): „Propositiones ex universa philosophia, quas Dnus Ioannes Duffi Hybernum, ex seminario D. Wenceslai in alma universitate Pragensi publice propugnavit a. 1636.“

1418

M. LXII.

chart., 1614—1615, ff. 584, 20 × 16·2 cm, invol. cum impressis ornamentis et a. 1621.

1^a—547^a **Commentarius in II. Physicorum, de generatione et corruptione, de anima, metaphysicorum.** „In philosophiam naturalem disputatio proemialis 1614.“ [Alia manu adscriptum: „Cyprianus Petrides.“]

1^a in marg.: „3. Febr. incepimus 1614.“ — 527^a „Atque haec in libros de anima 10. Aprilis 1615.“ — 547^a „12. Maii 1615.“

550^a—584^b **Disputatio de obeicto scientiarum in communi.**

1419

M. LXIII.

chart., alt. dim. saec. XIV. (1373), ff. 77, 22·7 × 15·3 cm, invol. antiqu. membr simplex.

In operc. sup. extrinsecus: „Scripta in physicam.“

1^a—10^b **[Tractatus de causa primaria.]** „Omnis causa primaria plus est influens in causatum suum . . .“

11^a—21^a **[Aristotelis De sensu et sensibili cum comm. marg.]** „Quoniam autem de anima secundum scipsam declaratum est . . .“

21^a—24^a **[Aristotelis De memoria cum comm. marg.]** „De memoria autem . . .“

24^a—31^b **[Aristotelis De somno et vigilia cum comm. marg.]** „De sompno et vigilia considerandum est . . .“

27^b in marg.: „De Tarnaw. Johannes de Lypow.“

31^b—32^b **[Aristotelis De divinatione per somnium cum comm.]** „De divinatione vero, que in sompnis fit . . .“

33^a—34^a **[Aristotelis De longitudine et brevitate vitae cum comm.]** „De eo autem, quod est hec quidem esse longe vite . . .“

35^a—44^b **[Aristotelis De iuventute ac senectute ac de respiratione cum comm.]** „De iuventute et senectute . . .“

40^b in marg. sup.: „Ach mich enelendyn wer sal mir kummir swendyn ach mich sendyn armyn.“

45^a—47^b vacant.

48^a—51^a **[Pars Historiae animalium cum comm. initio et fine carent.]**

51^b—62^a **Tractatus de substantia orbis.** „In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus, ex quibus componitur corpus celeste . . .“ × „Explicit de substancia orbis.“

63^a—68^a **Tractatus de terminis naturalibus.** „Natura est principium motus et quietis . . . ut si quis veniret de Wienna ad Pragam, tunc Wyenna est terminus a quo, et Praga est terminus ad quem . . .“ × „Explicit tractatus de terminis naturalibus a. Dni 1373 12. klas Febr.“

68^b—69^b vacant.

70^a—75^a [Boethius De persona et duabus naturis.] „Anxietate quidem diuque sustinuo, ut de ea, que in conventu mota est questione loqueremur . . .“

75^a—77^b [Tractatus de corporibus.] „De natura sciencia fere plurima videtur circa corpora . . .“

1420

M. LXIV.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 108, 21·5 × 7·7 cm, invol. novum.

Quaestiones in ll. physicorum.

1421

M. LXV.

chart., 1579—1580, ff. 368, 20 × 15·6 cm, invol. coactaneum cum impressis ornamentis.

1^a in marg. inf.: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg praesepoti Pragen.“

1^a „In initium physices. Laurea constanter bellanti serta vetustas | More quidem fertur proposuisse suo . . .“ × „II. Augusti post diem divo Laurentio sacrum 1579.“

1^b „De tribus rerum principiis. Quisquis amore ageris rerum cognoscere causas | Ecce brevi tractu quae cupis ipse leges . . .“ × „hoc dictum facile lector amande libro. Adamus a Winorze.“

2^a in marg. sup.: „Dictata P. Edmundi Campiani.“

2^a—260^b P. Edmundi Campiani Commentarius in universam physicam.

„In universam physicam prolegomena . . .“ × „Finis universi operis Aristotelici de coelo IX. Februarii sub horam primam pomeridianam anno a Virginis partu 1580 in aedibus Collegii nostri.“

260^b—263^a versus: „Ingeminata quater dum lux radiantis Eos . . .“ × „Occentura melos summo per secla tonanti.“

264^a—267^a Problemata quaedam ab adolescentibus Dnis Baccalaureis proposita. „Bartholomaeus Cadera, Al. S. P., Rhetorices studiosus, Fabiano Sladowsky hoc problema rhetoricum obtulit: An solus in stylo sit immitandus Cicero? . . .“ × „An terra et aqua faciunt unum globum.“

267^b—272^a vacant.

272^b „XXIII. Februarii anno 1580 lectio haec incepta per P. Paulum Neukirchium, posteaquam R. P. Edmundus Romam a Gregorio XIII. summo pontifice avocatus esset, indeque in Angliam missus, coronam martirii est ibidem adeptus. — Sancte martyr, memento Adami a Winorze, discipuli quondam tui.“

273^a—368^a In libros de generatione et corruptione commentaria. „Antequam contextum ipsum . . .“ × „Absolutus est hic liber secundus 23. Aprilis, qui dies D. Georgio Martyri est consecratus; item patrono Boemiae beato Adalberto episcopo et martyri.“

Operculo inf. adligatum est folium typis impressum, exhibens nomina candidatorum, qui a. 1580 primam in artibus liberalibus ac philosophia lauream in caesareo Societatis Iesu gymnasio Pragensi reportaverunt.

1422

M. LXVI./1.

chart., 1585, ff. 218, 19·8 × 16·3 cm, invol. antiqu. cum impressis ornamentis.

59^b—69^b vacant.

62^a—94^a **[Johannis de Erfordia] Computus chirometralis.** „Cognitio veritatis de pausing temporum circa motum solis et lune . . .“ × „Explicit manualis per manus alicuius.“

1463

M. CIII.

chart., 1427—1430, ff. 243, 21·7 × 15 cm, invol. antiq. simplex.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. grammaticae lat. saec. XIII. exeunt.

Partes ff. 1. et 2. desunt.

1^a—58^a **Johannis de Erfordia Computus chirometralis cum commentario.** [Initium commentarii:] „Circa . . .“ — [Initium textus:] „Cognitio veritatis de pausing temporum . . .“ × „Adest finis compoti cirometralis, qui est finitus in die undecim milia militum hora XXIIII vel quasi sub anno Dni 1430 per Mathiam Bohemum de Thin oppido archiepiscopi pragen. in collegio serenissimi principis ac dni dni Wladislai regis Polonie in lectorio theologorum in loco ipsius tumbe locate sub fenestra sita ex opposito hostii . . .“

58^b—66^b **Henrici Quadrans.** „Incipit Quadrans. Omnis sciencia per instrumenta operativa . . .“ × „Explicit Quadrans Henrici Cracoviæ regros-satus per Mathiam Bohemum de Thin de exemplari satis annoso, unde si invenies quid incoriecte ne mireris. Sub anno Dni 1430 in die sanctorum Petri et Pauli.“

67^a—69^a **[Tabulae astronomicae.]** „Tabula prima ad inveniendum locum solis in anno bisextili . . .“

69^b **Cisiojanus.** „Cisio ianus epy sibi vendicat . . .“

69^b „Sicut dicitur in libro Justorum legitur quod in hac die scilicet in annunciacione sancte Marie ut dicitur permulta miracula Deus operatus est . . .“

70^a **Delineatio astronomica.** („Iste arcus est aureus . . .“)

70^b „Formacio chylindri secundum 25 puncta domini Nicolai in Chrum-naw.“

71^a **Orbis terrae in tabula depictus.**

71^b vacat.

72^a—100^b **Introductio in musicam.** „Pro informacione facilis eorum, qui ad culmem artis musicæ . . .“

101^a—107^b, 153^a—153^b **[Johannes de Plawen] Oicreper motus solis et lunæ cum commentario.** „Iste liber, cuius subiectum est medius motus solis et lune . . .“ × „Explicit notula super oicreperum in Zichlin rescripta per Mathiam Bohemum de Thin supra Multawiam a. D. 1436 in die s. Procopii patroni Bohemorum gloriosi.“

108^a—152^b **Computus Norimbergensis cum commentario.** [Initium com-mentarii:] „Astronomia est sciencia dicens nos ad Deum . . .“ — [Initium textus:] „Omnia cum inferiora motibus superiorum corporum gubernan-

tur . . .“ × „Explicit computus Norenbeigensis reportatus Frankfordie per Mathiam de Tin sub anno Dni M^oCCCC^oXXVII finitus feria tercia post festum s. Ambrosii octavo nonas Aprilis indiccione quinta hora XIX vel quasi . . .“

154^a—156^b Variae figurae astronomicae.

157^a—173^a **Computus iudaicus cum commentario.** [Initium commentarii:] „Sciendum mathematica dividitur penes divisionem subiecti . . .“ — [Initium textus:] „Me pudet audire Judeum talia scire“ × „Explicit judaicus finitus feria tercia post festum Palmarum Frankfordie sub anno Dni M^oCCCCXXVII^o.“

173^b—175^a Annotations ad computum iudaicum.

175^b—179^b **[Johannes Plawensis] Oicreper motus solis et lunae.** „Incipit oicreper motus solis et lune maxime juvenibus et minus tritis in hac arte aptus in Plauensi opido compositus . . .“

180^a—190^a **Johannis de Sacrobosco Computus ecclesiasticus cum commentario marginali et interlineari.** „Licet modo in fine temporum . . .“ × „Et sic finis huius compoti ecclesiastici, quamvis super eo commentum non reportavi, tamen de commento grana utiliora collegi . . .“

190^b—191^b Variae annotationes.

192^a—194^b **Calendarium,** in quo occurunt nomina ss. Patronorum Bohemiae.

195^a vacat.

195^b [Versus memoriales intervallorum.] „Sanctorum sanctis benedictus applicat astris . . .“ — „Hyn gede krka holecz . . .“

196^a Radices compoti Norimbergensis ad certos annos [1452—1506] pro inventione medii motus solis et lunae.

197^a—202^a **Johannis Andreae Lectura super arbore consanguineitatis et affinitatis.** „Circa lecturam arboris . . .“

202^b Arbor consanguineitatis.

203^a Arbor affinitatis.

203^b vacat.

204^a—205^a Tabulae arithmeticæ. („Quedam tabula de radicum extraccione . . .“)

205^b—206^a Versus de progressionе cum expositione.

205^b Aenigmata arithmeticæ. („Numeracio. Nota. Enigma ponatur, quod habeam 12 poma . . .“)

207^a—208^a Aenigmata circa Algorismum. „Hec enigmata circa Algorismum solent recitari: Sint tres socii . . .“

208^b Tabula ventorum.

209^a vacat.

209^b Figura de multiplicatione. Versus de multiplicatione (I monos, V quinos, X denos . . .).

210^a—232^b **Johannis de Sacrobosco Compendium algorismi cum commentario.** [Incipit commentarius:] „Commentator circa secundum metaphisice scribit hanc propositionem . . .“ — [Incipit textus:] „Omnia que a primeva rerum origine . . .“

233^a—238^b **De radicum extractione.** „In ista parte auctoꝝ exequitur de nova specie huius artis . . .“

239^a—241^a **De radicum extractione.** „Sequitur de radicum extraccione, et primo in numeris quadratis . . .“

241^b—242^a **L i m i t e s n u m e r o r u m .**

242^b **R a d i c e s n u m e r o r u m .**

243^a „Si quis nascitur dum Saturnus dominatur . . .“ — **V a r i a e a n n o t a t i o n e s a s t r o n o m i c a e .** — 243^b „O Praga Praga mors cesaris est tua plaga . . .“

1464

M. CIV.

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 37, 22·3 × 14·9 cm, invol. antiq. simplex membr.

In operc. sup. intrinsecus contenta libri.

1^a **T a b u l a o s t e n d e n s , i n q u o s i g n o s i t l u n a t i o .** — 1^b „Si per hoc opus vis coniunctionem sempiterne cuiusvis mensis invenire . . .“

2^a **T a b u l a e x h i b e n s n u m e r o s c y c l u s m a g n i , n u m e r o s s i l l a b a i u m , h o i a r u m e t m i n u t o r u m .**

2^b **T a b u l a t e r m i n o r u m .** — „Item nota versus, per quos poteris invenire, quot horis luna luceat . . .“

3^a—6^b **Johannis de Sacrobosco Algorismus.** „Omnia, que a primeva rerum origine processerunt . . .“

6^b [Collatio vacantis beneficij.] „Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Johanni sancte pragen. ecclesie archiepiscopo . . .“

7^a—7^b **F i g u i a e a s t r o n o m i c a e .**

8^a „Saturnus libram . . . Si quis nascatur cum Saturnus dominatur . . .“ — „Quis fuit mortuus et non natus — Adam. Quis fuit natus et non mortuus — Enoch et Elias . . .“ — „De XII signis. In ari si transis vite maria dampno peribis . . .“ — „Cancio bona contia presbyteros. O quantum solicitior et curis subpeditor, dum corde transmeditor presens et futura . . .“

8^b **T a b u l a e a s t r o n o m i c a e .**

9^a—17^a [Johannis de Sacrobosco Computus ecclesiasticus versificatus cum commentario marginali et interlineari.] „Iacet modo in fine temporum . . .“

17^b—26^a [Johannis de Erfordia] **C o m p u t u s c h i o m e t r a l i s m i n o r .** „Cognitio veitatis de pausis temporum . . .“

26^b **T a b u l a i n c e n s i o n u m .**

27^a—32^b **C a l e n d a r i u m a s t r o n o m i c u m .** [Adscripta sunt nomina mensium bohemica.]

33^a **T a b u l a :** „Hic sunt quatuor cicli ad sciendum, que sit litera tabularis primationis lune omni anno.“ [Alia manu:] „Tyto fu cztyrzye byehowek wyedyeny ktera by lytera znamenala naftanye myeffyeczye na kazde leto . . .“ 33^a—34^a **E x p o s i t i o t a b u l a e p r a e c e d e n t i s l a t i n e e t b o h e m i c e :** „Quere inter numeros annorum . . .“ — „Hleday mezy poczty bozych leth . . .“

34^b **T a b u l a e a d i n v e n i e n d u m l i t e r a m d o m i n i c a l e m e t a u r e u m n u m e r u m .**

35^a—36^a **T a b u l a e a d c o m p u t u m e c c l e s i a s t i c u m s p e c t a n t e s .**

36^a—37^a [D e p e c c a t i s a l i e n i s .] „Ab occultis meis munda me Domine etc. Querunt ergo demones in morte cuiuslibet . . .“

37^a „VII. modis peccata remittuntur . . .“ — „Quatuor modis exponitur sacra scriptura . . .“ — „Christus natus de virgine purgat nos ab omni crimine . . .“

38^b Annotationes computisticae.

In operc. inf. intrinsecus: „Liber Ulrici de Kurzimow.“

1465

M. CV.

chart., alt. dim. saec. XV., ff. 242, 22·4 × 15·8 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber Wenceslai de Radecz.“ — „Hic liber est acommodatus Alexio de Trzebon per Georgium de Lithomericz predicatorem in Crumlow 1484.“

1^b „Lectiones et exercicia gradum baccalaureatus concernencia [in universitate Pragensi].“ — „Lecture et exercicia gradum magisterii concernencia.“

2^a—110^a **Johannes de Sacrobosco: Computus philosophicus.**

2^a—3^a Registrum.

4^a—110^a „Pro introduccione brevi materie libri, qui intitulatur computus philosophicus . . .“ × „Et sic est finis huius operis in die sancti Mathei apostoli et evangeliste hora fere 2. in camera iuxta hostium pallacii scolulle s. Castuli a. Dni 1425 per Mathiam Crispum.“

110^a De sanguineo, flegmatico, melancholico et cholericico.

110^b—111^a Circulus ventorum.

111^a—113^b Calendarium in forma circuli cum expositione.

114^a—136^b **Johannes de Sacrobosco: Massa computi cum commentario marginali et interlineari.** „Licet modo in fine temporum . . .“

137^a vacat.

137^b—180^a **[Johannis de Erfordia] Computus chiometralis cum commentario.** „Huc igitur rudes et novelli accurrite, huc pauperes ministri ecclesie properate . . .“ — „Cognicio veritatis de pausis temporum . . .“ × „Finitum est anno Dni 1425 f. 2. in solemnitate carnisprivii in Porziecz in scola sancti Petri etc.“

137^b „ . . . secundum Johannem de Borotyn computus est sciencia . . .“

181^a—189^a **Notabilia super secundo libro chiometralis.** „Iste est secundus liber tocius ciometralis . . .“

189^b vacat.

190^a—231^a **Tractatus de sphaera cum commentario marginali et interlineari.** „Tractatum de spera quatuor capitulis distingwimus . . .“ × „mundi machina disolvetur.“

231^b, 238^a **T a b u l a c o m p u t i s t i c a a n n o r u m 1486—1505.**

232^a—237^b **Calendarium astronomicum.**

238^b—241^b **Computus novellus in bassa Almania pro eruditione scolarium breviter recollectus cum commentario.** „Quanta diligencie cuia olim fuerit studentibus . . .“

1466

M. CVI.

chart., medium saec. XV., ff. 348, 22 × 14·8 cm, invol. antiq. simplex.

1^a—26^b **Omar ben Alpharganii Liber de nativitatibus.** [Initium in operculo sup. intrinsecus] „Ahomar. Dixit Ahomar ben Alphargan Tiberiadis: Scito-

quod . . . “ × „Perfectus est liber Omar ben Fargan Tyberiadis et perfecta est translacio 8. die mensis Maii 6. feria . . . Explicit liber Omar de nativitatibus . . .“

26^b—29^a „Dum volueris scire vitam nati iussu Dei . . .“ × „diebus seu horis. Explicit Homar.“

29^b—30^b vacant.

31^a—60^b **Liber de iudiciis in virtutibus natorum.** „In nomine domini dixit fidelis Abucayn sutor astrologus . . .“ × „Explicit liber bonus de virtutibus puerorum utilis et validus ad multa.“

61^a—133^a **Hermetis aphorismi seu 100 sententiae astrologicae a Stephano de Messana de graeco in latinum translati.** „De revolucione annorum nati liber primus a magistro Stephano . . . de Messana de greco in latinum anno Christi 1262 . . . Sole nativitatis tempore in loco aliquo . . .“

133^b vacant.

134^a—165^a **Opus astrologiae secundum omnes imagines et figuras.** „Philosophus quondam multis experimentis . . .“

165^b—186^a „Tabulae stellarum fixarum . . . que equate sunt anno Arabum 325 . . .“

186^b vacant.

187^a—197^b **[De formis et figuris signorum planetarum, quomodo influunt nascentibus.]** „Consequenter videndum est de formis . . .“

198^a—200^b vacant.

201^a—270^b **[Liber de consuetudine in iudiciis astrorum.]** „Nunc inchoabo librum de consuetudine in iudiciis astrorum . . .“

271^a—287^b **[Variae divinationes astrologicae.]** „Quando aliquis venit ad te et vis scire an uxorem habeat . . .“

288^a—291^b **[De signis stellarum.]** „Liber Aristotelis. Signorum alia sunt masculini generis, alia feminini generis . . .“

292^a—297^b vacant.

298^a—305^a **[Tractatus astrologicus.]**

13 11 20

„a b c . . . Sol habet 13, luna 18, Mars 15 . . .“

305^b—332^b vacant.

333^a—348^b **Liber similitudinum Albumasaris.** „Liber revolutionum. Aries in tota Francia . . .“

1467

M. CVII.

chart., primum dim. saec. XVI., ff. 146, 20 × 15.5 cm, invol. coaet. cum impressis ornamentis.

In f. praeligato: „1564 Fridericus Albinus Swidnicensis.“

1^a „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Braitenberg, praepositi Pragen.“

1^a—39^b **[Ein astronomischer Traktat.]** „Das erst Büch von aussteilung und stuckenn zu der Spera gehörtt. Was ein Spera sey“ × „Gedruckt zu

Marpurk sub rectoratu Ioannis Driandrii anno 1539 junii 30 . . . “ [Copia libri typis excusi.]

40^a—40^b vacant.

41^a—110^a Johann Copp: **Wie man dis hochberumbt astronomischer und geometrischer Kunst-Instrument Astrolabium brauchen soll.** 1525. [Copia libri typis excusi.]

110^b—146^a Conrad Heinfogel: **Uebersetzung der „Sphaera materialis“ von Johannes de Sacrobosco.** [Copia libri typis excusi.]

1468

M. CVIII.

chart., 1366—1370, ff. 85, 22·5 × 14·7 cm, invol. antiq. membr.

In operc. sup. intrinsecus manu primi dim. saec. XV. aenigmata bohemica [ed. Dr. V. Flajšhans, Čes. Lid XII. (1903), 492].

1^a—20^b Hortulus physiologiae cum commentario interlineari et marginali; compluribus locis occurunt glossae bohemicae. „Ortulus o kyrie placeat tibi phizologye . . .“ × „Explicit ortus naturis avium ortus ingenio tortus Clareti, cui finis portus.“

22^a—33^b Aenigmaticus cum comm. interlineari et marginali. „Ardua discretum decet omnia scire magistrum . . .“ × „Explicit enigmaticus.“

33^b—44^a Complexionarius cum commentario marginali. „O bone germane, si poscis vivere sane . . .“ × „Nam non sum medicus, sed sum brevitatis amicus. Explicit complexionarius.“

Compluribus locis occurunt voces germanicae.

44^a—55^b Astronomicus cum commentario interlineari et marginali. „Suspiciat vestra grata reverencia . . .“ × „Explicit . . . a. M^oCCCLXVI.“

Compluribus locis glossae bohemicae.

56^a—69^b Exemplarius cum commentario interlineari et marginali. [Inc. textus.] „Rex regum dominus summus Deus ordine primus . . .“ — [Inc. commentarius:] „Incipit exemplarius auctorum, liber exempla narrans a mgr. Clareto de Solencia . . .“ × „Determinant tempora supra dicta iam exempla. Explicit exemplarius auctorum.“

70^a—71^b Diaeta. „In nomine Dei eterni. Amen. Regimen conservans salutem secundum quod possibile est compilatum . . .“

72^a—81^b Tractatus de circatione quatuor elementorum. „De quatuor elementis . . .“

82^a—84^a Dictamina. [Initium deest] . . . referebat infideliter, inveniebant aliud medium, per quod absens sit locuturus, videlicet epistolam . . .“ × „Explicit dictamina.“

84^a—85^a De flebotomia. „Flebotomia est evacuacio universalior . . .“ × „Explicit flebotomia per manus Ihesu Christi.“

85^a Versus: „Noli servire tribus: seni, pueru, mulieri . . .“ × „vinum fit sanguis, caro fit substancia panis.“

1469

M. CIX.

chart., alt. dim. saec. XV. (1451—1470), ff. 385, 21·6 × 15·5 cm, invol. antiq. cum impressis ornamenti, necnon cum laminis affabre elaboratis.

In operculo sup. intrinsecus contenta libri.

1^a—13^b [Johannes de Plawen] **Repertio motus solis et lunae cum commentario interlineari.** „Incipit oicreper motus solis et lune...“ × „Explicit oicreper motus solis et lune anno Dni MCCCCLI hora prima noctis f. sexta.“

14^a—14^b **Prima epistola Senecae ad Lucillium cum commentario.**

14^b—15^a [Pseudo-Petrarcae Ars punctandi.] „Quesisti vir egregie...“ [Ed. Novati, Rendiconti del Istituto Lombardo. Ser. II. vol. 42. 1909, p. 116—8.]

15^b—24^a **Ad illustrissimum principem Terentinum Jacobi Publicii panegyricon cum commentario.** „Nonnulos fore vereor...“

24^b—37^b **De arte epistolandi tractatus magistri Publicii cum commentario.** „Non me fugit illustrissime princeps...“

38^a—42^b **De arte epistolandi cum commentario.** [Epistolae Ciceronis ad Curionem, Basilium, Plautum; Lepidi imperatoris; Servii Sulpitii.]

43^a vacat.

43^b—49^b et 82^b—85^b **Tractatus Vesperini [Gasparini Barzizii] de compositione orationum cum comm. interlineari et marginali.** „Cum omnis comode...“ [Cfr. in Gasparini Barzizii opera ed. Furietti, Roma 1723, p. 1—14.]

50^a **Epistola Hilarii [de Lithomericz], decani Pragensis, studioso adolescenti Bartolomeo de Rudnicz et Bohemia, studenti in alma universitate Lipsensi.**

50^b—82^a **Stephanus Fliscus: Synonyma orationum.** „Stephanus Fliscus de Sontino juveni pientissimo...“

86^a—93^b **Marii Ruffi Libellus de compositione.** „Cum nostre industrie...“ × „Finit feliciter 1468.“

94^a—95^b vacant.

96^a—102^b **[Gasparinus Barzizius: Summa praceptorum compositionis.]** „Summa preceptorum ad eam partem compositionis pertinencium, que ad ordinem et collacionem spectat...“

103^a—110^a **Tractatus super petitiones formandas.** „Petitionis loci sunt quatuor...“

110^a—119^a **[Epistola Valerii Rufino, ne ducet uxorem.]** „Loqui prohibeor et tacere non possum...“

119^a—122^a **[Guarini elegia de virgine Alda.]** „Hec Alda virgo: Hac quamcumque via tendis studiose viator...“ × „Explicit planctus Alde virginis ferariensis...“ [Ed. Surinagar, Leiden 1867; cfr. Bertalot, Rheinisches Museum für Philologie 66 (1911), p. 63—64.]

122^b—161^b **Augustini Dathi Senensis Libellus isagogicus.** „Credimus iam dudum a plerisque viris...“

161^b—169^b **[Tractatus de arte oratoria.]** „Si quid rethorice...“ × „Modus dicendi seu persuadendi explicit feliciter“ [cfr. Hain 1858—1860].

170^a—171^a **[Carmen de assumptione B. V. Mariae.]** „Adiutrice pia dicam de matre Maria, qualiter assumpta fuerat celo quoque iuncta...“

171^b—172^b **[Carmen in honorem s. Hieronymi.]** „Inclite fert animus meritas Hieronime laudes...“

173^a—177^b **Epistolae Henrici Egrerz de Lithomericz, scholaris canonum Bononiae, ad Hilarium de Lithomericz.**

- 178^a—181^a **Epistolae Hilarii de Lithomericz Bartholomaeo de Rudnicz, Theodrico episcopo Nuemburgensi.**
- 181^b—184^a **Epistolae Bartholomaei de Rudnicz; Henrici Egrerii de Lithomericz, praepositi Mielnicensis, Wenceslao de Rokyczana e. a.**
- 184^a—185^a **Litterae Rudolphi episcopi Wratislaviensis, legati papae Pauli II., „Viam veritatis agnoscere . . .“**
- 185^a—186^a **Epistolae datae Hilario de Lithomericz, Johanni de Chodowlicz, Wenceslao de Dobrziw.**
- 186^b—191^b **vacant.**
- 192^a—238^b **Sallustius: Catilina.** „Omnis homines qui sese natura student prestare . . .“ × „Historia de coniuracione Catheline Lucii explicit feliciter Crispini Romani Salustii senatoris.“
- 239^a **Versus:** „Vale decus seculi nostri . . .“ — „Epithaphium M. T. C[iceronis]. Eloquo princeps magnus . . .“
- 239^b **vacat.**
- 240^a—257^a **Leonardus Aretinus: Comoedia Poliscenae et Gracci cum commentario marginali et interlineari.** „Corripio matres . . .“ × „Deorum gratie sint vobis propicie. Comedie Poliscene per Leonardum Arethinum congeste finis adest feliciter anno etc. LXX⁰“ [1470].
- 257^b „Nota distinguendum est inter comediam, tragediam, satiram et elegiam . . .“
- 258^a **Nomina musarum [versus].** „Clio musa prior discendi est prima voluntas . . .“
- 258^a—258^b **[Epistola de re amatoria.]** „Sumopere hoc michi cordi est . . .“
- 259^a—263^b **vacant.**
- 264^a—381^a **Petrus Blaesensis: Collectio epistolarum.** „Rogatus a vobis epistolas, quas passim . . .“ × „eternum in supplicium etc.“
- 381^b—384^b **registrum.**

1470**M. CX.**

chart., 1555, ff. 61, 22·4 × 17·3 cm, sine involucro.

In f. praeligato. „Liber ad Arithmeticam.“ — „Conradus Herbst Augustanus a. 1555.“

1^a—15^b **Methodica explicatio philosophiae, arithmeticae et geometriae.** „Methodica philosophiae explicatio. Definitio. Varia est definitio philosophiae . . .“

15^b—36^a **De arythmetica.**

37^a—61^a **Geometria.**

1471**M. CXI.**

chart., alt. dim. saec. XVI., ff. 168, 19·8 × 15·4 cm, invol. antiqu. cum impressis ornamentis.

In operc. sup. intrinsecus: „Siste manus: premor ipse mei dictione Georgii Bartholdi . . . G. B. philosophiae candidatus.“

1^a in marg. super.: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani Dec. Prag. a. S. 88 [= 1588.]“

1^a—154^b [Rhetorica.] „In M. T. C[iceronem] partitio, orat. dialog. annotat. . . .“

154^a—154^b registrum.

155^a „De pastore ac' oratore. Antonius archiepiscopus Florentinus parte 3. Art. 19. cap. II. § VII. . . .“

155^b vacat.

156^a—168^a Catalogus librorum omnis fere facultatis optimorum. In fine: „Anno 1575 Pragae mense Junio 2. Dominica post S. Trinitatem.“

168^b—183^b vacant.

184^a—185^a [De rhetorica.] „Prolegumina eorum, quae dicta sunt in praecedentibus capitibus brevis repetitio.“

1472

M. CXII.

chart., 1358, ff. 163, 22 × 15 cm, invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus: „Liber Wenceslai de Crumlow, canonici pragen.“

— „Rhetorica nova Marci Tullii Ciceronis.“

1^a—162^a M. T. Ciceronis Rhetorica. „Sepe et multocies cogitavi. . . .“ „Explicit textus Tulii. Finito libro sit laus et gloria Christo amen. Libro completo saltabit scriptor pede leto, sed dum graphabat nusquam saltare curabat. — Anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo finitus est iste liber die dominica proxima post festum sancti Laurenti; qui non vult credere, palpat.“

162^a—163^b Variae annotationes („ptisis-suchotynie“ — „sincopis-omdlenie“). — Formae epistolarum: „Sanctissimo in Christo patri ac domino . . . Karolus quartus . . .“ — „In nomine Domini Amen. Anno Dni M^oCCC^oLVIII . . .“ — „Mathias divina et apostolice sedis providencia Wlad[islaviensis] ecclesie episcopus . . .“ — „Johannes plebanus in tali loco domino Johanni plebano i tali loco salutem . . .“ — „Salsa vienensis . . .“

1473

M. CXIII.

chart., 1580—1582, ff. 156, 21·6 × 15·9 cm, sine involucro.

1^a—29^a Brevis epitome in universam artem rhetoricae a Reverendo Patre Johanne Aquense tradita.

29^b vacat.

30^a—32^b „Quaestio an ad oratorem pertineat quaestio infinita, discussa in promotione baccalaureorum a Caspero Grubio philosophiae baccalaureo anno 1582.“

Inter ff. 32 et 33 nonnulla folia evulsa.

33^a—46^a [In primum librum Ciceronis ad Herennium commentarius.] Initium deest; in fine: „Haec de primo ad Herennium libris hactenus. Absoluta 15. Januarii 1582.“

46^a—46^b „Ut aliquod signum perpetui foederis cum ingenuo iuvene Christophoro Milledero, alum. sum. Pont., rhetorices facultatis studioso, inniti atque contracti ederet, Gregorius Krotschmerius huc nomen suum, dum bonis ac felicibus avibus M. Hieronymus hunc primum ad Caium Herennium Rhetoricarum librum finiret, in perpetuam sui memoriam manu propria scripsi.“ — „Tum ad felix sequentis libri auspicium posuit. Actum Pragae, de 16. Jan. a. 82 [= 1582] hora 6. vespertina in musaeo sanctae T. Ego me amantes diligo. Gregorius Krotschmerius oratoriae facultatis studiosus. — Bartholomeus Tinensis alumnus Sum. Pont. docto, egregio, ac omnium virtutum disciplinarumque in genere claro juveni D. Christophoro Milledero, alum. eiusdem Pont. amicitiae nunquam violando ergo scripsit 15. Januarii anno 1582. Ludovicus Sswihowsky a Ryznberk subscripsit. Petrus Linteo Pilsnensis alumnus Sum. Pont. subscrispsit eodem calamo anno Domini 1582“.

47^a—70^a In secundum ad Herennium librum commentarii traditi a h. d. magistro Hieronimo 1582. In fine: „Absolutum 19. Maii 1582.“

71^a—118^b In Philippicas commentarii.

90^b „Argumentum in Philosophicam sextam feliciter inchoata [sic] 18. Januarii 1582 die Veneris“.

119^a—119^b Variae annotationes.

120^a—131^a Annotationes seu commentaria ad maiorem cognitionem M. T. C[iceronis] pro Cajo Rabirio orationis a Reverendo patre Acquense tradita. 1580 11. April.

131^b—134^b Oratio R. D. Patris Joannis Aquensis Pragae ad s. Vitum in funere Reverendissimi D. Antonii [Brus] archiepiscopi Pragen. habita. 2. Septembris anno 1580.

135^a—156^b In orationem pro Marco Marcello argumentum.

1474

M. CXIV.

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 142, 22 × 14·8 cm, invol. antiqu. membr. simplex.

1^a—141^b Petri Blaesensis Epistolae. „Prohemium in Rheticam Petri Blesensis et cetera. Henrico Dei gratia illustrissimo Anglorum duci... Rogatus a vobis...“ × „scelerum omnium eversorem.“

102^b Variae annotationes manu posteriori scriptae: „Sluzba ma naprzyed przyetyely myly...“

142^a vacat.

142^b Annotationes manu Herttembergeri scriptae („Semper oportet adiscere et in extremis horis fundamenta sapientie indagare...“).

In operculo inf. intrinsecus: „Alanus: Ad mala facta malus socius socium trahit...“ — „Scolastica vita. Ne vanus fias consorcia despice vana...“

1475

M. CXV.

membr., primum dim. saec. XIV., ff. 36, 21·2 × 15 cm, invol. antiquum membr. simplex membr.

1^a in marg. sup.: „Alexii baccalarii.“

1^a—14^b **Wilhelmi canonici Summa dictandi.** „Incipit summa Wilhelmi canonici de arte dictandi. Primum meum finem regat alma Maria. In parte ista ponuntur epistole seu dictamina . . .“ × „Explicit summa de arte dictandi.“

14^b—16^b „Incipiunt correctiones . . .“

16^b—18^a **Tractatus de vitiis et ornatu dictaminum.** „Sapientis est opus . . .“ × „Explicit summa metrice facta.“

18^a—19^a **De ornatu dictaminis. De ordine naturali et artificiali.** „Cum auri rubor vel metallorum fulgor . . .“

19^b—35^a **Auctoritates (Flores) totius philosophiae naturalis et logicalis.** „Cum omne nostrum appetitum movere debens . . .“

35^a—35^b **Liber de regimine principum.** „O Alexander, cum corpus sit corruptibile . . .“ × „Explicit liber de regimine principum et precipue regum.“

35^b—36^b **Virtus fleubotomiae.** „Hec est virtus fleubotomie . . .“ × „et in hoc stat virtus fleubotomie utilissima.“

Cfr. Schulte, Die canonistischen Handschriften pag. 108, Nr. 268; Ott, Beiträge zur Receptionsgeschichte, 109.

1476

M. CXVI.

membr., saec. XIV., ff. 101, 21 × 14·2 cm, involucrum antiquum simplex.

In operculo sup. extrinsecus in margine ex metallo confecto tabella ossea vitri modo translucido, sub qua est scheda cum inscriptione: „Sumula Boncompagni.“

1^a littera initialis picta.

1^b figura diaboli picta.

Boncampagni Florentini Summa oratoria (Formularius). „Incipit testamentum Boncampagni. Boncampagnus nomine compositoris appellor . . .“ × „Item datus et in communionem deductus fuit Padue in maiori ecclesia in presencia domini Alatrini [?] summi pontificis capellani atque apostolice sedis legati, venerabilis Jordani Paduani episcopi, Jodefridi theologi, cancellarii mediolanensis, professoris juris canonici et civis et omnium doctorum et scolarium Padue commorancium a. D. MCCXXVI [?] in ultimo die mensis Martii.“

Cfr. Schulte, Die canon. Handschriften, pag. 108—109, Nr. 269.

1477

M. CXVII.

chart., dim. saec. XIV. (1347), ff. 86, 20·7 × 14·7 cm, invol. membr. simplex.

In operc. sup. extrinsecus: „Expositio artis dictatoriae“; intrinsecus: „Expositio super summam de arte dictatoriae.“

2^a—84^b **Iohannis Wiennensis Expositio super summam artis dictatoriae Ludolfi canonici Hildesemensis [Hildesheim].** „Algazel in libro de commendacione scienciarum dicit: O ineffabilis rhetorice pulchritudo . . .“ × „Finita

est hec edicio. Hic inponitur finis huius compilacionis. Dicit quod finitum est. Quid? Hoc scilicet opusculum, quod summa et edicio eius. Qualis? De arte dictandi. Quando? In vigilia Mathey apostoli et evangeliste. A quo? A Iohanne schotorum rectore. Ubi? In Wienna. Quo tempore? Anno Domini M⁰CCC⁰XL⁰VII⁰. Quibus? Generosis studentibus Wienne univers. Quare? Ut percepta doctrina huius libri sciant dictare et falsa dictamina corrigere et demum laudare et magnificare Deum creatorem suum, qui est benedictus in secula seculorum Amen. — Explicit exposicio super summam de arte dictatoria dicta Iohannis. Discreto viro domino Nycolao in Olomucz perpetuum in omnibus servicium . . .“

85^a Alia manu saec. XIV.: „Homagium dicitur, quando duces vel principes . . . Boemice dicitur manstwie . . . Pheodus . . . boemice dicitur naprawa . . . vasallus genz z naprawy sluzy.“

85^b—86^a Variae annotationes. „Explicit explicitunt . . .“ — „Honorabili viro Dno Dno Nycolao in Lubschicz . . .“ — „Reverendo in Christo patri . . . Johanni Dei gratia episcopo Spoletan. . . .“ — „Karolus Dei gratia Roman. rex et Boemye rex . . .“ — „Similiter . . . si aliquod verbum non posset habere competens subiectum . . .“

86^b „Meinem herten lieben vetr Ditrichen purger ze Hetting [?] . . . ich iuris studens ze Wienn . . .“

In operculo inf. intrinsecus: „Viro, in cuius animo discrecoris candor fulget . . . N. plebano tali . . .“

Cfr. Ott, Beiträge zur Receptionsgeschichte 109.

1478

M. CXVIII./I.

chart., 1449, ff. 368, 21·7 × 16 cm, invol. antiqu. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Item iste liber pertinet Laurencio Halbreyter.“

In operc. sup. intrinsecus et fol. 1 vocabula latino-bohem.

2^a—366^b **Vocabularius latino-germanicus.** „Ex quo vocabularii et autentici videlicet Hugwicion, Katholicon, Papias . . .“ × „Explicit vocabularius collectus per reverendissimum rectorem dicto [sic] nummus. Iuxta illud metriste: Qui habet dare, ei habet et regnare. Et . . . in mundo sumus, rex est super omnia nummus etc. Et est vocabularius iste finitus per me Nicolaum Bensaw in vigilia nativitatis beate virginis Marie in illa sillaba beth ultra numerando nat gur gum etc. Sub anno Dni M⁰CCCCXLIX⁰ in Dresdn, sub hora quasi octava.“

367^b vocabula lat.-germ.

367^a vocabula lat.-boh.

1479

M. CXVIII./2.

membr., saec. XIV., ff. 45, 23·4 × 15·6 cm, invol. membr. simplex.

In f. praeligato: „Vocabula in ordine alphabeti.“ — „H 45“.

1^a—42^a **Vocabularius latinus ordine alphabeti.** „Abba idem est quod pater . . .“ × „Explicitur derivaciones optime grammaticales. Amen dicant omnia. Finito libro sit laus et gloria Christo.“

42^a—42^b [De praepositionibus.] „Nota quod prepositiones sint XVIII...“

42^b „Alexander . . . in promothro de orthographia dicit: Jesus scribitur literis grecis et figuris, et sunt Jotha, etha, sima . . .“

42^b Versus: „Oscito singulto . . .“ — „Abluo, firmo, cibo . . .“ — „Quis, quid, ubi, quibus, auxiliis . . .“ — „Sit simplex, humilis confessio pura, fidelis . . .“

43^a—44^a [Johannis de Garlandia] **Cornutus cum commentario.** „Cespitat in faleris . . .“

44^a Carmen: „Porta salutis ave, per te patet exitus ave . . .“

44^a [De fluminibus in paradi so.] „In libro Genesis sic legitur . . .“

44^a [De variis sonis, quos animalia et res reddunt.] „Aquile . . .“ × „vultures eiulant.“

44^b—45^b [Officium de s. Martha.] „Imumdetur in hoc solemnipo . . .“ 45^b „Adest dies leticie, quo Martha lux ecclesie . . .“

1480

M. CXIX.

chart., alt. dim. saec. XV. (1466), pars 264—302 a 1435, ff. 302, 212 × 15 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis.

1^a—2^a [Epistola ad Johannem quendam Egrae degenti de amore illicito.] „Assiduis me flagitasti precibus fautor mi cordialissime . . .“

2^b vacat.

3^a—4^b [Actus in universitate habitus.] „In nomine Domini Amen. Reverendi mei patres et f. In isto actū habeo duo facere: primo ipsam philosophiam brevi collacione commendare . . .“ × „qui eternaliter vivit et regnat Amen.“

4^b „Ex quo secundum doctrinas theologorum, philosophorum, metaphysicorum et poetarum in omnibus rebus et factis tam minimis quam maximis invocandum est divinum auxilium . . .“

5^a—9^b [Verschiedene Titulaturen.] „Wer schreibt den namen, die wurdickait . . .“

10^a—14^b vacant.

15^a Variae annotationes (lusus calami) lat. et germ.

15^b [Com mendatio studiorum.] „Si quis diligit me, sermones meos servabit. Ita scribitur Johannis XIIII. capitulo. Ista verba licet sint a Domino nostro Jhesu Christo dicta . . .“

16^a—57^a **Expositio tractatus Mgri Thomae Oeon [?]** de constructione. „Ad cognoscendum naturam construccionis in se et in suis virtutibus seu speciebus. Tractatus secundus mgri Thome Occon . . .“ × „Et sic est finis huius operis 1466.“

58^a—61^b vacant.

62^a—199^a **M. Vincencius Gruener: Ars rhetorica.** „Incipit proposicio introductory artis rhetorice . . .“ × „Et sic est finis rhetorice artis per mgrum Vincencium Gruner compilatae in Freyberga.“

201^b—208^a **Conspectus rhetoricae.**

208^b—215^a vacant.

215^b „Dictamina huius libri sunt hec: Primum dictamen, quo unus socius conquerit alteri de spolio“ × „Rethorica suis studentibus.“

216^a—244^a **Quaestiones super l. de generatione et corruptione.** „Circa inicium de generacione et corrupcione queritur . . .“

244^b—249^b vacant.

250^a—250^b [Tractatus theologicus initio carens.] „. . . quia et sperat, sustinet, ne a spe cadat . . .“ × „et ambula in veritate.“

250^b—255^a [Passio Christi secundum evangelia.] „Appropinquat autem dies azimorum . . .“ × „signantes lapides cum custodibus.“

255^b—257^b [De libris bibliae Antiqui Testamenti.] „Isti sunt libri tocius biblie . . .“

258^a—259^a [De libris Novi Testamenti.] „Nota quod quatuor ewangeliste legem novam in unum evangeliū descripsérunt . . .“

259^b vacat.

260^a—261^a **Henrici de Hassia: Tractatus de horis canoniciis.** „Sepsies in die laudem dixi tibi . . . Quamvis Deus semper et omni tempore . . .“

261^b—263^b vacant.

264^a—302^b **Henrici Septimellensis Elegia de diversitate fortunae („Pauper Henricus“) cum commentario interlineari latino et interpretatione bohemica.** „Incipit Henricus, cui ullus fuit amicus . . . Quomodo sedet sola probitas . . .“ × „Explicit pauper Henricus, scriptus, finitus et lectus anno Domini millesimo quadragesimo tricesimo quinto. Sit Deo laus et gloria in secula seculorum Amen. Non deportans nisi tres grossos finales dans.“

1481

M. CXX.

chart., primum dim. saec. XV., ff. 199, 21 × 14·8 cm, invol. antiquum simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. intrinsecus contenta libri.

Prosodia.

1^a—8^a Registra duo.

9^a—9^b Versus memoriales de prosodia cum expositione. („Mansla delen-sue . . . Pro intellectu illorum versuum est notandum . . .“)

10^a—10^b vacant.

11^a—199^b „Dimissis divisionibus necnon diffinitionibus grammaticae . . .“ × „Unum in essencia deitatis et divinitatis, qui sit benedictus in secula seculorum Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo.“

1482

M. CXXI.

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 133, 21·4 × 14·5 cm, invol. antiquum simplex.

In operculo sup. intrinsecus contenta libri.

Folia 1 et 133 membranacea, operculis adligata, sunt fragmenta grammaticae latinae versificatae saec. XIV.

1^a—42^b Carmen occulti auctoris (**Nicolai de Bibra**). „Carminis auditor, lector . . .“ × „Explicit Occultus.“ Cum proemio marginali.

43^a—86^b Nigelli Wirekeri Speculum stultorum seu Brunelius. „Dilecto et in Christo diligendo fratri Wilhelmo . . .“ — 45^b „Incipiunt metra Brunelli. Suscipe pauca . . .“ × „Explicit speculum stultorum.“

86^b—93^a Asmarius. „Rex erat ignote quondam regionis et urbis . . .“ × „tecumque manebo.“

93^a—130^b [**Catonis disticha moralia.**] „Si deus est animus“ × „me sic esse compulit infacundum Amen.“ — (In contentis libri in operculo sup. intrinsecus legitur de hac parte: „Duo moderni Kathones cum suis sententiis metra versuum quorumlibet declarantibus.“)

1483*M. CXXII.*

chart., alt. dim. saec. XVI., ff. 86, 20·5 × 15·3 cm, invol. coact. simplex.

In folio praeligato: „E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani a Brautenberg, prepositi Prag.“

Jacobus Typotius: *Encomii Divini libri III.*

1484*M. CXXIII.*

Secundum catalogum veterem continebat codex hic „Horatii Flacci carmina“; nunc desideratur.

1485*M. CXXIV.*

membr., saec. XIII., ff. 108, 22·8 × 11·9 cm, invol. antiq. e corio confectum, simplex.

Statius: Thebais cum commentario marginali et interlineari.

1^a in marg. inf. vetus sign.: H 49.

Cfr. J. Kelle, „Die klassischen Handschriften“ I. (1872), in „Abhandlungen der k. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften“ p. 22—27.

1486*M. CXXV.*

chart., 1442, ff. 192, 22 × 14·8 cm, invol. antiq. membr. cum dorso e corio confecto.

1^a Alphabetum latinum, graecum, glagoliticum.

1^b vacat.

2^a—180^a Boethii de consolatione philosophiae cum commentario interlineari; compluribus locis etiam cum interpretatione bohemica. „Carmina qui condam studio florente peregi . . .“ × „Explicit liber Boecii venerabilis et illustrissimi, qui floruit a. q. . . .“

180^b vacat.

181^a—189^b [De metris in l. Boethii de consolatione philosophiae occurrentibus.] „Bohecius venerabilis et illustris doctor . . .“ × „Et in hoc concluditur hoc brevissimum opusculum in nomine d. nostri Iesu Cristi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Anno 1442.“

190^a—192^a vacant.

192^b Variae annotationes.

1487

M. CXXVI.

chart., saec. XV. ineunt. (1403), ff. 123, 22 × 14·5 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

ff. 1 et 123 operculis adligata sunt fragm. chart. cuiusdam grammaticae ex initio saec. XV.

2^a—48^b [Galfridus de Vino Salvo] **Poëtria nova cum commentario interlineari.** „Papa stupor mundi . . .“ × „Explicit poetria nova per manus Johannis de Chlumecz sub anno Domini Millesimo quadringentesimo tertio etc. dicti Clemens Clima. Laus tibi Christe, quoniam finitus est liber iste; hoc ille scripsit, qui primo scribere discit ffyfska.“

49^a—49^b vacant.

50^a—95^a Martiani Minei Felicis Capellae **De nuptiis Philologiae et Mercurii.** „Tu quam psallentem . . .“ × „Explicit secundus liber Marciani Minei Capelle feliciter.“

95^b—98^a vacant.

98^b—122^a [Horatius: Epistola ad Pisones (Ars poëtica) cum commentario marginali et interlineari.] „Humano capiti cervicem pictor equinam jungere si velit . . .“

1488

M. CXXVII.

chart., 1378—1379, ff. 80, 22·2 × 15 cm, invol. antiq. membr. simplex.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. grammaticae versificatae saec. XIV.

1^a—8^b Theobaldi Physiologus carminice cum commentario marginali et interlineari. „Tres leo naturas et tres habet inde figuras . . .“ × „Explicit phyzologus auctor bonus.“

Compluribus locis glossae bohemicae.

9^a—11^b Statuta [disciplina cleri] metrice comprehensa cum commentario marginali et interlineari. „Stare secus clerum cum cantat plebs prohibetur . . .“

12^a—15^b [Johannes de Garlandia] Summa poenitentiae metrice cum commentario marginali et interlineari. „Peniteas cito peccator . . .“ × „nec rem habere alienam. Ex- plicit summa penitenciarum. Amen.“

Compluribus locis glossae bohemicae.

15^a Versus de peccatis alienis („Jussio consilium consensus . . .“).

16^a—23^b Novus Catho carminice cum commentario marginali et interli-

neari. „Lingwa paterna sonat . . .“ × „Explicit novus Katho M⁰CCC⁰LXXVIII anno in festo s. Kylianii feria V.“

23^b—27^a [Vocabularius versificatus.] „Ad me transire si vis vocabula scire . . .“

23^b—26^b in margine versus ordine alphabeticō: „Abstinencia gignit castitatem. Audiat rex quid precipit lex . . .“ × „via malorum est tenebrosa. Amen dico tibi, non est plus ibi.“

26^a—26^b [Vocabula latino-bohemica.] „Caput hlawa, cerebrum mozk . . .“ × „camelus welblud.“

26^b—27^a „Convertimini ad correccionem prudencie. Boni mores expellunt peiores . . .“

27^a—27^b [Prophetia Johannis de Toleto.] „Sciant universi tam sapientes quam ignari, quod in hac prophecia mgri Johannis de Tholeto . . .“

28^a—36^b [Commentarius in summam poenitentiae „Peniteas cito“.] „Quoniam ad remissionem peccatorum . . .“

37^a—37^b [De decem praeceptis divinis.] „Quisque thorum resque caveto suas. Primum mandatum est: non adorabis deos alienos . . .“

37^b—39^b [Tractatus quidam theologicus.] „Quia quidam potest mente previdere princeps est et natura dominans. Hanc propositionem scribit Aristoteles primo Politicorum cap. primo . . .“

40^a—55^b [Johannis de Garlandia (?)] [Carmen de quinque clavibus sapientiae respicientibus discipulos neenon de quinque moderaminibus respicientibus magistros, cum commentario marginali et interlineari.] „Utilis est rudibus presentis cura libelli . . .“ × „suscipiant pueri disciplinamque rudes a me.“

Compluribus locis glossae bohemicae.

55^b—69^a [Prudentii Dittochaeon cum commentario.] „Ewa columba fuit tunc candida . . .“ × „Explicit Prudentius hystoriarum in vigilia Symonis et Jude anno Dni M⁰CCC⁰LXXVIII⁰ feria quarta.“

Compluribus locis glossae bohemicae.

70^a „Sciencia est utilis ad aquisitionem felicitatis eterne . . .“

71^a—80^b [Theoduli Ecloga.] „Ethiopum terras iam fervida torruit estas . . .“ cum commentario marginali et interlineari.

Cfr. Schulte, „Die canonistischen Handschriften“ pag. 109, Nr. 270.

1489

M. CXXVIII.

chart., 1580—81, ff. 90, 20·2 × 15·3, operc. antiq. membr. simplex.

Carmina diversa authore Georg. Bartholdo Pontano S. Metrop. Ecclesiae praeposito propria ejus manu scripta.

1490

M. CXXIX.

chart., alt. dim. saec. XVI., ff. 300, 20·2 × 16 cm, invol. antiq. cum impressis ornamentis (pars operculi superioris deest).

1^a „E bibliotheca S. Metrop. Ecclesiae Pragensis.“

1^a—1^b „Horum epigrammata atque alia poemata inscripta sunt ad Johannem seniorem Hodieiowský ab Hodieiowa viceiudicem regni Bohemiae [sequitur index].

1^b—3^b vide inferius f. 58^a—66^b.

4^a—19^b Simonis Fagelli Villaticei archidiaconi pragensis ad Ioannem seniorem Hodieiosky ab Hodieova viceiudicem regni Bohemiae Epigrammata et alia poemata.

20^a—20^b vacant.

21—32 [libellus typis excusus] „De foelicissimo Caesareae Maiestatis in Galliis successu et fama eundem successum orbi terrarum invulgante, praeterea hoc circa, de Caesarea Maiestate Serenissimo D. D. Ferdinando Dei gratia Romanorum, Ungariaeque et Boemiae Rege etc. et sua Maiestatis charissimis pignoribus, D. D. Maximiliano et Ferdinando fratribus insuper paucula quaedam appendicis vice sunt anexa per Simonem Villaticum Ecclesiae Collegiatae Omnia Sanctorum in Arce Pragen. Praesumit.“ (Excussum Pragae in officina Ioannis Colubri anno Domini 1545.)

33^a—47^a Magistri Petri Fux (Vulpini) Tinensis archidiaconi Tynhorssoviensis Carmina.

47^b—50^b vacant.

51^a—53^a Martini Cutheni Carmina.

53^b—55^b vacant.

56^a—57^b Guilelmi Phileremi Carmina.

58^a—66^b et 1^b—3^b Ioannis Roderici Hradeceni Carmina.

67^a—121^b Ioannis Orphei Zatecensis Carmina.

122^a—208^a Matthaei Collini Gurimensis Carmina.

208^b—209^b vacant.

210^a—291^a Viti Traiani Zatecensis Carmina.

291^b vacat.

292^a—300^a [Carmina de ducibus Bohemiae a Czechio usque ad Boleslaum Fratricidam.]

Cfr. Meinhert, „Nachrichten von Seltenheiten böhmischer und mährischer Bibliotheken“, in „Jahrbücher der Literatur“ Band V. (Wien 1819), p. 28.

1491

M. CXXX.

chart., alt. dim. saec. XIV., ff. 89, 21·5 × 14·6 cm, invol. antiq. membr. simplex.

In operc. sup. intrinsecus: „Johannes veritor in collegio Karoli.“

1^a—8^b [Computus versificatus.] „Quamvis multorum vigeant documenta virorum . . .“

9^a Variae annotationes.

9^b—17^a Versus per circulum anni. „Nativitas Christi nos protegat a nece tristi . . .“

17^b vacat.

18^a—25^b [Alii versus per circulum anni.] „Nos natale Dei loco coniunge quiei, nos martir Stephane fac semper vivere sane . . .“ × „turbacio ledat.“

25^b—39^a [Versus didactici.] „Mundi census adest, multum sapientia prodest . . .“

39^a—39^b **De lapidibus pretiosis.** „Iaspis habet viridem veluti plantago colorem . . .“

40^a—41^a **[Quaestiones et responsiones (aenigmata).]** „Dic mihi de Jerusalem civitate sancta cum quantis lapidibus est edificata? . . .“

41^a—41^b **De signis tonitrum.** „Mense Januario si tonitrua sonuerint . . .“

41^b—44^b **De choreis.** „Communiter ostendendum est racionibus, quam periculosum sit choreas ducere . . .“

44^b—47^b **[Versus didactici.]** „Non nimis astutis vulpescat lingua loquelis . . .“

47^b **[Versus varii.]** „Versus de concupiscencia carnis . . . Vir in affectu venus anxia vexat in actu . . .“ — „Gentibus Anglorum maledicat gens Boemorum, nam necat ipsorum regem rex impius horum anno Millesimo trecenteno quadrageno . . .“

48^b **[Vocabula latino-germanica versificata.]** „Est feodus lehnguet . . .“

48^b—49^a **De rege Johanne occiso in Angliae bello.** „Hic que subscripta sunt Jesconis vera dicta viginti duo sunt versus dictatique fincti. De rege Johanne Boemie hic coronato sic inchoatur . . .“

49^a—50^b **Jocalis.** „Incipit prologus jocalis. Sub brevitate stili scribo modulo puerili.“

50^b—51^b „Ut crescat virtus iocundaque floreat etas . . .“

51^b—53^a „Hoc est de presumptionibus. Convenit hic cautus strenuus ille valet. Non cecus . . .“

53^a—54^a „De pacientia. Non inflammatis . . .“

54^a—55^a „De donationibus et bono vultu . . .“

55^a—89^a **[Varii versus didactici.]** 55^a „Quamvis sit multus cibus . . .“ — 61^b „Approbet ipse parum esse alieni incumbere laudi . . .“ — 62^b „Moribus et vita si quis cupit esse facetus . . .“ — 63^a „Vertatur calamus specialiter omnia narrans . . .“ — 63^b „Musa docet laycum placitam componere vitam . . .“ — 67^a „Gallorum levitas Germanos iustificabit . . .“ — 70^a „Vos qui sub Christo mundo certatis in isto discite virtutum conflictus et viciorum . . .“ — 77^a „Pauper divitibus, vel doctor insipienti nunquam iungatur vel societur ei . . .“ — 77^b „Musa stilum moveas et nunc de iudice tractas . . .“ — 80^a „Est animalque canis, fulgens quoque sidus in astris . . .“ — 81^a „Prima rubens unda, ranarum plaga secunda . . .“ e. a.

1492

M. CXXXI.

chart., 1443, ff. 194, 21 × 15·2 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

f. 1 operculo sup. adligatum est fragmentum grammaticae latinae ex initio saec. XV.

2^a—157^b **Iohannes de Carstin: Graecismus.** „Quoniam ignorancie nubilo turpiter execinati . . .“ × „Explicit Grecismus Johannis de Carstin et est finitus in Purificacione beate virginis anno Dni M⁰ quadringentesimo quadragesimo tercio.“

158^a—193^b **[Prisciani-Ludolphi Hildesheimensis] Florista cum commentario marginali et interlineari.** „Flores gramatice propono scribere . . .“ × „Explicit. Florista Pauli de Zacz . . . Explicit Florista Andree de Ponte . . .“

1493

M. CXXXII.

chart., med. saec. XV., (1448–1450) ff. 356, 21·5 × 15·7 cm, invol. antiquum simplex.

f. 1 praeligatum est fragmentum membr. cuiusdam scripti theologici saec. XIII.

2^a—67^a **Expositio grammaticae Donati.** „Quia secundum philosophum primo phisicorum intelligere . . .“ × „Explicit Donatus per manus cuiusdam Tiburci de Bruna anno Dni M⁰CCCC⁰XL⁸. Et est finitus ante festum sancte crucis tercia feria et cetera.“

70^a—118^a **De regimine grammatical eum notis marginalibus et interlinearibus.** „De regimine grammatical ex parvitate mei ingenii . . .“ × „Hec autem regiminis gemma sit sic trita a magistro Henrico etc.“

119^a—123^b Initium tractatus praecedentis denuo scriptum („De regimine grammatical ex parvitate mei ingenii . . .“)

124^a—151^a **Thomae Erfordiensis Tractatus de constructione cum notis marginalibus et interlinearibus.** „Ad cognoscendum naturam construccio- nis . . .“ × „Explicit textus Thome Erfordiensis finitus feria tercia ante nativitatem Salvatoris et hoc sub anno nativitatis eiusdem M⁰CCCC⁰ quinquagesimo in congregacione pro domino regni Boemie.“

151^b—154^a **[Quaestiones ad grammaticam spectantes.]** „Dubitatur, utrum vocativus reddit suppositum verbo personali . . .“

155^a—171^b **[Prisciani (?) grammatica versificata cum commentario marginali et interlinearari.]** „Priscius hoc metro ludit sed non pede cudit . . .“

172^a—176^b vacant.

177^a—224^b **[Carmen didacticum cum comm. interlinear.]** „Pigerius me traxit amor iussitque carmen scribere . . .“

225^a—236^b vacant.

237^a—245^b **[Carmen de Christo.]** „Qui tua dampna videt . . .“

246^a—248^b vacant.

249^a—296^b **[Carmen de victoria Christi cum proemio et notis interlinearibus.]** [Incipit proemium:] „Quoniam anima racionalis effigiata est ad ymaginem et similitudinem creatoris . . .“ — [Inc. carmen:] „Sceptriten- tis . . .“ × „sic reprobandus eris.“

297^a—311^a vacant.

311^b—351^b **[Henrici Septimellensis: Pauper Henricus.]** „Quomodo sola sedet probitas . . .“ × „Explicit Henricus, cui non fuit ullus amicus. Finitus est feria quarta in scola s. Henrici.“

352^a vacat.

352^b—356^b **[Carmen didacticum.]** „A Phebo Phebe lumen capit, a sapiente inspiens . . .“

356^b **[Initium cuiusdam carminis.]** „Luctuatur cum nocte dies, cum nube serenum . . .“

f. 357 operculo inf. adligatum est fragm. membr. breviarii lat. saec. XIV. („de s. Lucia“).

1494

M. CXXXIII.

chart., 1424—1425, ff. 184, 22·7 × 16 cm, invol. antiq. simplex membr. cum dorso e corio confecto.

In operc. sup. extrinsecus: „Grammatica“; intrinsecus: „Liber modorum significandi Thome“. — „Alexii Baccalarii“.

f. 1 operculo sup. adligatum est fragm. memb. instrumenti de executione provisionis ad praebendam in ecclesia cathedrali Pragensi; executor erat archiepiscopus Conradus. — Folio verso receptae medicae latinae.

2^a—6^b Annotationes ad grammaticam spectantes.

7^a vacat.

7^b—12^a [Donatus versificatus cum commentario marginali et interlineari.] „Partibus his...“

13^a—26^a Tractatus de constructionibus. [Inc. comm.:] „Ut habeatur utrum questio... [Inc. textus:] Construccio est constructibilium unio...“ × „Explicant constructiones secundum modos significandi scripte.“

26^a—29^a De ordine constructibilium. „Sciendum est quod secundur philosophum...“

29^a—79^a Thomae [de Erfordia] Commentum in novos modos significandi. 29^a „Scribitur a philosopho 3^o de anima...“ — 30^b „Quoniam autem intelligere et scire contingit...“ × „Et hec de passionibus sermonis dicta sufficient. — Anno milleno quadringentesimo terno | Cum quoque vigeno currente in suo ciclo | Annus qui domini quartus vicesimus extunc | Scribentis coerat natalis, nam sua origo | anno milleno trecenteno nonageno | nono Saturni die constat subnotuisse. | Explicit hic liber modorum signandi novorum | Pro quo Criste bone tibi laus, tibi gloria detur | Et nobis miseris detur cognitio eius | Ut sic inventi iungamur regno celesti.“

79^b vacat.

80^a—183^b [Continuatio commentarii operis praecedentis.] „Sexto notandum...“ × „Hoc opus est factum per me Thomam bene doctum. Quod dum ego scripsi consumans et fine claudens annus erat Domini natalis vice-simus quoque quintus cum quoque milleno quadringentesimo, pro quo Criste tibi laus et gloria detur ubique.“

184^a—184^b Annotations ad grammaticam spectantes.

1495

M. CXXXIV.

chart., 1418 et 1464, ff. 166, 21·9 × 15·3 cm, invol. antiq. simplex membr.

